tationi subjecta. Latitudo præterea mandati, hoc acci-
piendo pro lege, ac Scriptura universa, denotat infinita-
tem quamdam sensuum, & mysteriorum ipsius. Accidit
Tropologia. Græci anonymi, quem profert Agellius, tropologia, de
viro in virtute perfecto, quique eo pervenerit, multas, qua-
si consummationes percurreudo, initia quæ multa, & fines
si consummationes percurreudo, initia quæ multa, & fines
constituendo: ita scilicet, ut *prioris probitatis, προτέρας*
βελτιώσεως, (dicerès barbare *melioralionem*) terminus, in-
tium esset consequentis, & *quum consummaret, tunc incipe-*
ret a; quia nimirum nullum in perfectione terminum ul-
timum reperiebat: sed semper *ad anteriora*, sive *ulteriora*
a Eccl.18.6 *extendebat seipsum b*. Videtur ita hunc locum Climacus,
b Philip.3.13 & gradu 26 c intellexisse, latum, ac infinitum vocans mandatum; quia
proficere numquam desistemus: nec in præsenti, nec in
futuro, quod & de Angelis affirmat: sed propriè non pro-
ficitur in beatitudine essentiali, verùm in accidentali
dumtaxat, & in quibuldam reve lationibus extra Verbū.
Ad laborandum semper nobis in hoc stadio, donec *cur-*
sum consummemus d, quam consummationem Paulus e
d 2.Tim.4.7 e 1.Cor.15.9 optabat suis, & pro illa orabat, quemadmodum Patrem Be-
f Ioan.17.23 oravit Christus f, ut discipuli *consummarentur in unum*,
sicut & ipse datum sibi opus consummavit g. Rideudus qui
g Ibid.4.34 in Luc.14.30 *cœptum ædificium non potest consummare h*, qui *sic stultus est,*
h Gal.3.3 *ut spiritu cœperit, carne consummetur* i. Inde confutatur er-
Confutatur error asserentium virtuti in hac vita præfigi certum termi-num, ultra quem nemo progredi potest.
ror præsigentium certum in hac vita virtuti, ac meritis
terminum, ultra quem progredi nemo valeat, Egimus hoc
alibi. Colligitur hic etiam non esse impossibilia Dei præ-
cepta, ne excepto quidem illo, quo diligere inimicos præ-
cipimur, de quo Hilarius, & alii locum istum interpre-
tantur. *Latum mandatum DEI est*, ait Hilarius, & in om-
nia ipsi nostræ genera diffunditur, ut non difficile sit, si
voluntas adsit, præcepto Dei obtemperare: quum latum
& diffusum sit, ad placendum officiolæ religionis varie-
tate: neq; solum *latum*, sed *vehementer latum*: latitudinis
Præcepti Dei non impossibilis. infinitate hac ipsa superlativi adjectione monstrata. Sic
ille. Modus charitatis est, ut sine modo sit, sine mensura,
sine limitatione. Si *consummationem* accipiamus pro ope-
re universo mundi præsertim inferioris, competit ei ratio
nominis, quia comprehendit debitas perfectiones, & gra-
dus rerum. *Perfecit Deus opus suum die septimo* k, & *vidit*
k Gen.2.2 l Ibid. c.1.31 *cuncta à se facta esse valdè bona* l. Præter istam consu mma-
tionem mundi conditi, ut perfectionem importat, vidit
etiam David consummationem consumtionis, & destru-
m Ps. 6.1050. ctionis, per diluvium m, & in fine futuram per ignem.
Deniq; adeo multiplex consummatio est vel bona, vel
mala, vel perficiens, vel consumens, ut subriliter distin-
guit in citato epistolæ Joannis commentario Aug. exem-
plo panis, qui quum comeditur, consumitur, & tunicæ,
quæ consummatur, quando pertexitur. Monet præterea
quod qui finem ponit in creatura, finitur, sed non quasi
perficiatur, verum ut consummatur. Adhæc argumenta-
tur in ichilmaticos, qui ponebant latissimæ charitatis fi-
nes in Africa. Distinguit Hugo consummationem legis
Consum-mationis distinctio novæ, operis Christi, prophetiarum, Ecclesiæ, sermonis,
præceptorum, finis mundi, mortis hominis, timoris,
tumerationis, judicii, culpæ, damnationis. Exem-
plis Scripturarum demonstrat: & satis ex his, quæ
dixi, singula membra constare possunt.

Omnis consummationis vidi finem.) Ita etiam recitant
ex translatione Hier. præterquam Trevetus, qui in da-
tivo casu *omni consummationi*, quo pacto ei, in esse in Ro-
mano Psalterio, & illi casui servi articulus ϗ le. Sic præ-
terea translatio Aquilæ habet τῇ πάσῃ τελείᾳ. Reddidit
autem Symmachus, *πάσης κατασκευῆς ἰδιωτέρας*, *omnis*
apparitionis vidi terminum; quam apparationem nimis
restringit Agellius ad constructionem domumque. Ver-
terunt LXX. per nomina, *συντελείας, πίστως*: posteriorem
vero vocem Hilarius, & Ambrosius existimant per
Latinam latis exprimi nequivisse. Videtur Apollinarius
legisse *πάσης* cum *i* sora subscripta, & *συντελείᾳ* in da-
tivo plurali: & per hoc nomen intellexisse *præcordia*,

πανοπλίαις ἐνόπλοις τέλος πραγμάτων βίου,
Totiès cognovi finem præcordiis vitæ.

Ubi finem quoq; refert ad vitam, & exponit, dicere Da-
videm se seriò, attentèque exactè, ac perfectè contuliss
omnem cogitationem suam, ut de suamet, atq; aliorum
morte, exituq; ex præsenti vita cogitaret. Quod profecto
conducit multum ad negligendas quaslibet improbo-
rum perfectiones. Illo autem modo supplendum esset
aliud nomen τῆς πίστ vel *βιωτῆς*, *καρδίας*, cujus essent
A *cautelæ*, ut sunt idem, quod *πραγμάτων*. Non sunt reve-
ra idem, sed *consummatio*, ut pro perfectione sumitur, re-
lata ad animum cognoscentem, idem significabit, quod
totis præcordiis cognoscere. *Vehementer flere, ἕως σωτηρίας*
μέχρις, Græcè dicitur *consummatio seculi* vocatur *σωτηρία τῶν αἰώνων*, Damascenus item apud Budæum *p*, *μεγάλη σωτηρία* ait esse *mortem singulorum*, *κοινὴ*, idest, *communem*, *ἀναστασιν*, *resurrectionem*. Tradit idem aliam
notionem pro iis, qui ejusdem gentis concilio, & com-
muni attributi sunt, seu pro concilio ipso, communitate,
societate, consortio. Non abhorreret à proposito sic in-
terpretari præsentem locum, quia proximè ante facta
mentio est de peccatoribus, qui coeuntes expectarent ad
perdendum. Admitti posset præterea, quam tradit Agel-
lius, pro spatio, & dimensione: ita ut omnis consummati
spatium, designaret maximum, quo longè spatiosius, ac
latius esset Dei mandatum. Verùm qui sic *πατρίκιος* usur-
pet, non reperi. Affert adhuc vocabuli תכלה *thielah* ex
lingua Syra significationem pro *confidentia*, & Prophe-
tam vidisse ie affirmare quamlibet humanam confiden-
tiam; spem fiduciam tandem periisse, ac insolicem exi-
tum consequutum; Dei mandatum, spemq; quam quis
in eo collocet, latissimè, ac infinitè protendi, nullo fine
terminari, ad finem æternitatis perducere, numquam
fallere, aut fraudare illa prædituin. Concedo Syræ vo-
cabula interdum nonnulla inseri psalmis. Sed *consum-*
mario, quam noster interpres posuit, ac *συντέλεια*, ni-
hil cum ipe commune habent: Ergo *consummatio* pro re consummata sumi debet, ac maximè litteralis sensus
est, quod rem quamlibet videlit consummatam, vel con-
sumtione, vel perfectione ad exitum tandem pervenis-
se; sed *mandatum Dei latum nimis* esset, ut nihil timen-
di sint peccatores perdere volentes, quia & ipsi tandem
quantumvis potentia perfecti, ad finem, & interitum
perventuri sunt, seu ad terminum, in quo desinant, &
quam קץ *Kets*, ac *πέρας* denotant. Qui consumman-
das, & consummendas attendit res, ei arctæ, angustæq;
videntur: *latum* vero *Dei mandatum*. *Quum hæc com-*
Cuia dissolvenda sunt, *quales oportet vos esse*, ait Petrus *q*,
in sanctis conversationibus, & pietatibus, &c.

Latum mandatum tuum nimis.) Vertunt alii, *valde*
Hilarius, *vehementer*, quod est מאד *meod*, & σφόδρα;
quemadmodum tæpe alii in locis. Latitudinem istam R.
Kimhi explicat; quia licèt habeant præcepta terminum
certum, numerumque; latissimi sunt, & sine fine, qui ex iis
procedunt rami. Hoc est, quod solet dici, & verum est,
morum principia finita esse, ex his deductas conclusio-
nes, & casus absq; numero. Nomine autem *mandari*, quod
est in numero singulari, plura intelligi possunt consueto
more Scripturarum: immo & profanorum Auctorum.
Ac videtur tæpe plus, quod singulariter; quam quod plu-
raliter dicitur. Sic alibi *mandatum*, & *præceptum* pro
multis accipitur *r*. De charitatis mandato, quam sit la-
tum, docui antea plurium Auctorum testimonio. Addi
potest ex citato ibidem Ambr. alluso nominis adjectivi
πλατείας ἐντολῆς, ad nomen *platea*, quo Latini etiam u-
tuntur, & quod Sapientia *s πλέθους ἡμιτείου ἐν διπλατεί-*
D *αις παρ' ὁπλοις ἄγει in exitu cantus, in plateis autem fiducialiter ingit*, quod Interpres vertit, *foris prædicat, in pla-*
teis dat vocem suam. Præterea Hieron. *t plateas civitatis*
apud Zachariam *u* explicans esse virtutes, in quibus per-
quirat sponsa ipsum ponsum *x*, confirmat hac ipsa nostra sen-
tentia. Ad inimicorum dilectionem præcipuè refertur
latitudo mandati charitatis, quoniam purior, & Dei cha-
ritati similior est, utpote propter Deum solum, & majore
conatu egens voluntatis. Commendavit Deus charitatē
suam in nobis, quod *quum inimici essemus, Christum secun-*
dum tempus pro nobis mortuus est y: quamvis autem majorē
charitatem nemo habere dicatur, idest, majus illius argu-
mentum exhibere, quam *ut animam suam ponat quis pro*
amicis suis z: majorem tamen habuit Christus, ut obser-
vat Bernardus *a*, qui pro inimicis posuit suam. Nos ergo,
etiamsi posuerimus nostram pro illis, sicut tali debere e-
xemplo scribit Joannes *b*, latius censebimur satisfacere
mandato charitatis. Chryl. *c* ait, charitatis tantam vim
esse, ut cœlo latiorem faciat animam. Subjecto autem
Pauli exemplo, scribentis Corintho, quam totam habe-
bat in corde, ut *dilataretur in ipsa d*, ipsumque adeo scili-
cet latum, *caperet e*, docet, quemadmodum id, quod ca-
lotem affert, dilatare solet; ita etiam charitatis munus
esse dilatare solet; ita etiam charitatis munus esse dila-
tare, quia calida, ac fervens est virtus. Addit compluta ejus-

ra ejusdem Paulinæ charitatis testimonia ex epistolis il-
lius. Idemmet vero Chrysost. æstum magnum suæ cha-
ritatis prodens, inter alia sic scribit *a*, (Si quidem lice-
ret nostrum dirumpere, ac ostendere, videritis intus es-
se in magna latitudine vos omnes, mulieres, pueros, ac
viros.) Latum Arnobius vocat *mandatum*, quia omnia
terræ spatia occupat, & corporis, & animæ fines tenet:
ducit sibi obedientem sursum ad cœlos, contemnentem
deponit ad inferos: *latum nimis* est ejus imperium, si-
quidem & potentibus simul, & Regibus, & cunctis gen-
tibus imperat.

a Hom.44.in Adtus.

n 2.Reg.22.
41
o Matt.245
30.4
p Comment. ling. Græc. pag.627

Vers 97.) Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota
die meditatio mea est.

Sensus loci. Obæret hic versus, ac reliqui octonarii sequentis,
cum postremo præcedentis, ut quia Dei mandatum
tam latum est, ac adeo dilatat cor id observantis, asserat
David cum quadā congratulatione, & gratiarum actio-
ne, mixta laeq de bono tanto ad mirationi, se dictum mā-
datum, sive legem dilexisse, totaque die nihil aliud co-
gitasse, locutum esse, egisse: Deinde in sequentibus versi-
bus interponit ejusdem legis utilitates, quæ sunt agen-
dorum prudentia, sapientia, & cogitatio variarum rerum
Charitatis qualitates octo. præsertim divinarum, cura, & studium vitandi peccata,
& peccandi occasiones, voluptas eximia in ipsamet cu-
stodia legis, cum odio, & exec tatione omnis iniquitatis.
Ayguanus arbitratur octo de charitate hic tradi; quod
faciat semper corde in Deum tendere: inimicos mente
stringere: incarnatum Verbum credere: legem novam
in antiquæ esse noscere: culpam omnem fugere: DEI
vota quo modo oporteat facere: in dulcorem ardua ver-
tere: omnem iniquitatem odio habere. Nexum porro
quem dixi versus istius cum extremo priore. Augustinus
agnovit dicens in isto unde sit latum mandatum ostendi
quoniam dilectio est latitudo mandati, nec fieri potest ut
diligatur, quod Deus jubet diligi, & ipsa jussio non dili-
gatur, quia ipsa dilectio est lex, sive fides dilectionem
operans, excludens gloriationem, quæ habetur ex factis
secundum proprias vires, aut præcitè secundùm legem
veterem, & expugnans cupiditatem, quæ faciendis bonis
operibus repugnat *concupiscente adversus spiritū carne*,
& illo contra ipsam. Gravem vehementiam dilectionis
b Gal.5.17. erga legē indicat in hac quotatione interrogatio cum epi-
phonemate & nota comparationis, quæ maximum co-
natum includit totius cordis, animæ, mentis, virium; ut
non fecisse legem sit contentus: nisi amans faciat, non ex
timore, vel pudore, deri expressio, significans continuum
nec interruptum studiū: meditatio denotans hoc ipsum
studium in cogitando de lege, in excogitando alia obser-
vandi modo, in colloquendo apud se, cumque aliis de il-
la; in recte exercendo per opera ejusdem: denique testa-
tur hæc omnia, quod teste, atque confessio Deo rem ita
se habere affirmat, ac *meditationem cordis in conspectu*
c Ps.18.nlt. *ipsius semper esse*. Sic longe post Petrus interrogatus à
Christo, utrum amaret, & diligeret ipsum, respondit, *Do-*
d Joann.21. *mine tu omnia nosti; tu scis quia amote* d. Hoc ipso cha-
ritatis ait Ambrosius, crescit, affectu, quod ipsum testem
ad vocat Dominum, cui munus dilectionis imponditur,
nec peccet, sed plenitudinem charitatis is tali conventio-
ne testatur. Hac usus est Petrus; *tu scis*, inquit, *Domine,*
quia diligo te; sed qui diligit Deum, legem ejus diligit,
e cap.15.14. &c. Unde Christus e; *vos amici mei estis si feceritis quæ*
f cap.14.23 *ego præcipio vobis*: & *si quis diligit me, sermonē meū*
servabit. Inferimus inde idem Pater non diligi legem à Mar-
cionita, & Manichæo. Bruno idem notat, quoniam le-
gem non suscipit: nec à Judæo, quia legem spiritualem
ignorat, sed litteram legis nudam, non sensum legis, in-
tellectumq; meditatur, solum Christianum posse dicere,
quomodo dilexi legem tuam Domine, qui multum jam le-
gis cognitione profecerit, qui non pœnam legis pavido
corde formidet, sed divina mysteria Hebræi, veri Sab-
bati, veræ remissionis intrepido miretur affectu. Quum
dicit, miretur intrepido affectu significat admirationem
in istis verbis includi, atq; latentium in lege mysterio-
rum contemplationem, quæ lex vetus de nova contine-
bat, & nova, seu Evangelica de seipsa, deq; Christo vita
æterna, &c. Habet similia Hilarius, & Origenes anti-
quior utroque, tum etiam ex Græcis Chrysost., Theodo-
retus, Basilius de legis dilectione, utque ex hac impleta-
tur, quemadmodum Sapiens hortatur, ut *diligant justi-*

Mem.) Istam litteram sonare Latinè Ambros. refert, g Sap.2.1.
ac posteriores, ex intimis, vel ignē ex ultimis: & utrum-
que ait non discordare à textu, quia ītatim primus ver- Notio litte-re Mem.
sus internorum viscerum charitatem exprimit, quę utiq;
ex ultimis procedit medullis, & quodam nexu caloris
implicatur ossibus. Explicat id idem Doctor latius, &
pluribus adhuc amplificari potest. Quidam, ut Camera-
rius cum Hugone, asserunt significare seorsim ignem,
vel viscera: Ciconia aquam, quæ symbolum sit sapientię Aqua symbolum sapientiæ.
rectęq; collocatam hanc litteram post ϗ *Lamed*, quæ *do-*
ctum significat. Exponit Hieron; *ex ipsis*: quod Linda-
nus immerito tribuit etiam Ambrosio: nec bene Tyrobo,
seus interpretatur numero singulari, *ex ipso*. A sono ipso
malunt alii denominatam hanc litteram. Profectò *ignē*
nullo modo significat, multo minus ignem ex ultimis,
aut etiam simpliciter ex intimis: intima ut sunt idem,
aut etiam simpliciter ex intimis: intima ut sunt idem,
quod viscera, vocantur מעי *mehhe*: *aqua* מים *maim*. &
in regimine מי *me*, vel מימי *meme*: ex ipsis valet מחם
mehem, ex præpositione מן *min* ablato נ *nun*, & pronō-
mine paragogico הם *hem*, quod esset contracte מם *mem*,
quod tamen non reperi. Cur non venit alicui in mentem
מאום *mūm macula* vel cum א *aleph* quiescente מאום *mū*
aliquid? sic nihil certi de litterarum nominibus tradi
potest. Ultimum vidi postea Zamorensi placuisse, Cani-
nio penultimum.

Quomodo) Hieron. *quā*. Alii *quantū*, *quantopere*. Hæc
valet מה *mah*, & Chaldæum במה *bemah*: atq; ita verti
etiam potuit ως. Appolinar. *ὡς ὑδωρ*, *quam valde*. Eædem
voces מה *mah* & ως versu 103. reddunturque Latinè *quam*:
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, &c. Alibi sæpius
eodem pacto, Bruno exponit hoc loco, *nimis*, & super
quam dici possit: atq; admirativè cum nimio pondere
Prophetam loqui. Præterea vult esse aposiopesim; non
solum mandatum tuum novum dilexi, sed etiam legem
tuam veterem.

Dilexi.) Eadem verba sunt initio psalmi 114. nempe
cum hoc Latino, Græcum ἠγάπησα & Hebræum אהבתי
ahauthi, quę intensionem amoris innuunt. Hebręo aliud
similę est אהב *ayah*, unde *avere*. Latinum videri potest
derivatum. Quamquam pro simplici dilectione non raro
usurpentur hæc, & his similia verba Ayguanus dilectio-
nes Dei, citans Balduinum; ex toto corde causſam assi-
gnat beneficia; ex tota anima, promissa; ex omnibus vi-
ribus judicia; ex omni mente præcepta.

Legem tuam.) Ambrosius; *mandatum tuum*; quod in
fine præcedentis versus erat. *Legis* tamen etiam voca-
bulo idem Pater utitur in commentario tamq; ipse, quam
alii de mandato charitatis intelligunt, ut hic ante dixi,
& priore illo versu.

Domine.) Additum est ab interpretibus hoc nomen,
quod in Hebræo textu non est. Recte Hugo ait debere
quemque ex seipso percontari; quomodo diligat legem
Dei, an mercenarie, curiosè, vane, luxuriosè, simulatorie;
nequiter? Utrum ex amore, vel ex timore, vel ex pudore.
De his ille plura. Tu illum consule, & Hilarium, ac Am-
brosium, & amplifica. Idem Hugo diligi legem docet à
justo, quamvis coerceat; quia non se finit coerceri, sed di-
rigi. Immò nec *justo lex posita est* h, quatenus nempe pu- h 1.Tim.19.
nit, sed prout *lucerna, & lux est* i. i Prv.6.23.

Tota die meditatio mea est.) Hieron., *hæc meditatio*,
est enim pronomen זאת *hi*: suppletum vero est pro illo
substantivū verbū, ut solet alias; meditationi & *μελέτη*
respondet שיחת *siach* de quibus toties dictum; quod dici-
tur *tota die ὅλη τὴν ἡμέραν*, non ut Augustinus recitat *καὶ νυκτὸς*
idem valet, quod *quotidie*, & *die, ac nocte*, quæ plaimo
primo k expressa sunt distinctè, atq; in libro Josuæ, quum k vers.8.
agitur de legis meditatione; idem, quod omni die na- l cap.1.8.
turali constante horis 24 ut ait Rickelius. Et tamen
nos, ait Chrysost., vix duas, aut tres horas audiendæ di-
vinæ lectioni, per quam vita nostra dirigitur, operam
damus. Meditationem continuam sic accipere oportet,
ut orationem, quando quis quaslibet causſas, ut ait Cas-
siodorus, sive actiones, cogitationes, sermones, respectu
Domini sub moderatione disponit. Origenes apud Agel-
lium ait, omnia ex præscripto legis dicentem, facientem-
que meditari legem Dei semper. Glossa ex Augustin. Si
quo tamen non invenio, semper esse diem meditanti legē
qui novum testamentum nescit, semper noctem. Id re-
petit Bruno, Hugo, Pampolitanus; alii, ita ut denote-
tur clara, & spiritualis sine umbra, velo, tenebris, litte-
ræ cognitio. Idem Origines observat in primo psal. ad

diei meditationem etiam noctem adjectam, quia mixta A est præsens vita, & nunc dies est, ac nox; sanctos vero jam factos nulla nox consequetur: qui proficit, diem agere, ex lege vivendo: nocte quum non in toto corde meditatur legem, vel quidpiam non ex legis præscripto facit: qui perfectus est ut Paulus, ac dicit *a*, *nox præcessit, dies autem appropinquavit*, sicut in die honestè ambulemus & *b* non in commissionibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione: ejusmodi virum semper in die meditari. Ad mysticum quoque pertinet sensum; quod Hieronymi gerens nomen monet, die dictum pro eo, quod à splendore divinæ lucis eluceat: & Ambros. ait; quod ei, qui in lege meditatur, semper dies est, & lumen sine defectu, quod nullæ tenebræ noctis interpolent: qui novum non recipiunt testamentum, in nocte legerunt, & ideo nescierunt, neque intellexerunt: ne nos legeremus in tenebris, admonet salvator *ambulandum in die* *c*: tota die in lege meditari debemus, ne perfunctoria nobis sit transcursio, sicut non est agrum emere volenti, vel mercari domum, qui prudentiorem adhibet, quid juris sit diligenter considerat, & ne in aliquo forte fallatur, sibi ipse non credit: nos vero ipsi emendi simus nobis, & tractare de pretio nostro conveniat, considerare qui simus, quod nomen habeamus, quid acquiramus nobis, non agri, non pecuniam, non gemmarum monilia, sed Christum Jesum, cui nulla possint pretia, nulla ornamenta conferri.

a Rom. 13. 12.
b 1. Thess. 5. 5.
Sensus mysticus.
c Joan. 11. 9.

Vers. 98.) Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, quia in æternum mihi est.

Sensus loci.

LEX, quam quis attentè, diligenterque meditetur, considereat, impleat, præ oculis perpetuo, & in corde habeat, reddit hominem prudentem, providum, cautum, ut noverit circumstantias omnes, quas in agendo, & loquendo, in omittendo opere, vel sermone servare debeat. Qua prudentia præstat inimicis suis, qui legem prævaricantur, nec attendunt, quid, quomodo, quando ubi agant, omittant, loquantur, taceant, quiescant, &c. Quamvis autem iidem fraude, dolo, astu, arte, maligno consilio sibi valere videantur; hisq; armis instructi, vitæ atq; commodis justi tendant insidias, tamen ille cœlesti sapientia edoctus, quæ ipsi provenit ex assidua legis practica commentatione, usuque, nec quidquam nisi ex ipsius aggrediens præscripto, nihil eos veretur, tamquam filius veræ lucis, prudentior est filiis sæculi *d*, novit astutias, & cogitationes illorum e oculis & pennis divinis prædictus. efficit, ut frustra illi rete jaciant *f*; sed nec eos imitans rependit vicem, ullave in re lædere nititur. Nam quod Christus dixit, *prudentiores esse filios hujus sæculi in generatione sua filiis lucis*, sensus est, quod priores fere sint sollertiores, & diligentiores ad malam utpote *sapientes ut id faciant* g, atque *callidiorem cuncteis animantibus serpentem* h, sectates. Saulem David intelligit, Doeg, Absalonem, Achitophelem, aliosq; inimicos, & persecutores suos, ut explicat R. Salomon, Inimici sûr justo quicumq; Deo, & qui hunc *oderunt, odit ille, & super inimicos ejus tabescit* i, sive sit infidelis Gentilis, & Judæus, sive hæreticus, sive quivis alius persecutor, vel peccator, qui peccando quam sit imprudens, ignorans stultus prodit. *Qui sapiens*, ait Jacobus k, *& disciplinatus inter vos?* ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. *Superbum* appellat Paulus l hæreticum, & *nihil scientem, sempérque discentem, & numquam ad scientiam veritatis perventientem*, qui *ultra non proficiat, & cujus insipientia manifesta fiat in omnibus* m. Alium sensum gignere posset præpositio *super*, & ὑπὲρ, ut se Propheta diceret prudentem factum per mandatum DEI de dilectione inimicorum ut eos diligeret, quæ prudentia tota spiritus est, non carnis: quia lex carnis docet quibus possis prodesse; si eommode possis, nocere nulli; nisi sis lacessitus injuria n, & hanc ipsam depravatam legem correxit Christus in Pharisæis, docentibus, *diligere amicum, odio habere inimicum* o.

a Gen. 3. 21.
b Ephes. 5. 4.
c Luc. 16. 8.
d 1. Cor. 2. 11.
e 2. Cor. 2. 11.
f Prov. 1. 17.
g Jerem. 4. 22.
h Gen. 3. 1.
i Psal. 138. 21.
k cap. 3. 13.
l 1. Tim. 6. 4.
m a Tim. 2. 9.
n Cic. 8. Off.
o Matt. 5. 43.

Huic sensui, qui traditur ab Ayguano, Avendano, prius; à R. Ben-zoma, quem citat Genebrardus, & idem sentit de sequentibus versibus, ut se didicisse David affirmet ab omnibus, sive inimicis, sive docentibus, sive senibus, verumq; sapienrem non detrectare discere à quoliber, favet præpositio Hebræa מ *min*, non ut significat prudentiam erga inimicos: sed ab, sive ex illis: ut prudentia comparetur ab illis, & ex illis, ut si quid merito reprehendunt, emendemus, non tantum, & præ illis, ne eos imitemur. Plutes ex inimicis utilitates capi constat posse, idq; opu-

Maxima ratio inimicos non odiendi.

Scitum integro demonstravit Plutarchus. Maxima vero ratio est inimicos non odiendi, quia suo Deus mandato id cavit, cui æque ut nos chari sunt inimici nostri: solaq; justio, & voluntas Dei cunctarum aliarum rationum loco esse apud nos debet, ut nos prudenter facere nobis persuadeamus, illos diligendos. *Dilectio Dei custodia legum illius est* p: omnium legum summa est, ut *qui diligit Deum, diligat & fratrem* q: frater autem quilibet est, qui naturæ societate conjungitur nobis, ramenti moribus discrepet, fide, religione: quas res, ut sunt à DEO alienæ, odisse in quocumque debemus, quod est *perfectum odium* r. Judei *charissimi erant, suntque secundum electiones propter patres*, sed *inimici secundum Evangelium propter nos* s, qui obedimus Evangelio, quod oppugnatur ab ipsis. Inimicos ducimus illos, qui sunt *inimici Crucis Christi* t: *& inimici sensu in operibus malis* u, quamdiu & quatenus hujusmodi sunt; at non absolute quasi *inimicos existimamus*; verum si valemus *corripimus ut fratres* x: eorumque salutem cupimus, & procuramus.

p Matt. 22. 37.
q 1. Joan. 4. 21.
r Psal. 138. 22.
s Rom. 11. 28.
t Phil. 3. 18.
u Col. 1. 21.
x 2. Thess. 3. 15.

Super inimicos meos.) Quod prius annotavi, *super*, & ὑπὲρ, & מ *min*, sive, ratione gutturalis litteræ in sequenti nomine cum affixo מ *me*, hoc modo מאי *mei sevai* significare comparationem superioritatis, & idem, quod plusquam, confirmatur tùm ex communione sententia Enarratorum, tùm ex Chaldæo משכבת *jathhir*, quod *plus*, & *abundantius* significat, simul cum eadem illa præpositione Hebræa, quæ valet *quam*, videlicet *plus*, ac *abundantius*, *quam*: tùm ex aliorum Hebraizantium translatione, quæ habet *præ*, vel comparativum *prudentiorem*, aut *sapientiorem*, nempe, me fecisti, præceptis tuis: aut hæc me talem fecerunt, inimicis meis, id-est, plusquam ipsi sint. Sic demum vertit Adollinarius;

p Exod. 18. 11.

ὑπὲρ πάντας τοὺς ἐχθρούς μου ἐσοφίσθην ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου.
Mandatum hostibus metuum plus docuisti.

Tandem in sequentibus duobus versibus omnino idem valent eædem præpositiones, nullo discrepante. Non satis assequor *felicem, ab inimicis meis*, idest *ex cognitionibus, quas redes inimicis meis, erudisti me præcepta tua*: vel quia ipsi non possunt evertere, & destruere legem tuam, me erudisti præcepta tua.

Prudentem me fecisti mandato tuo.) Hieronymus, *instruis me mandato tuo*. Aut apud Fabrum, *instruxisti me mandato tuo*. Aut apud Treverum, *instrui me mandatum tuum*. Quod ille declarat, hoc mandatum fecisse Davidem superiorem inimicis, & instructionem priusquam inimicos: ita ut sequenti versu asserat se profecisse supra petitos legis, in alio supra omnes. Hebreum מצותיך *mitsuotheka*: est numeri pluralis: esset autè singularis מצותך *mitsaatheka*: & posset reddi, quod *mandatum prudentem fecerit*, legendo in singulari. & sumendo תחכמני *thechachemini* pro tertia persona feminini generis, non pro secunda masculini, in futuro, quod loco præteriti non infrequenter accipitur. Juxta translationem nostram *prudentem facere mandato*, est vel circa, vel per mandatum. In vetere Psalterio, & apud August., Prosperumque, *sapere me fecisti mandatum tuum*: sed in aliquibus codicibus *mandato tuo*. Apud Ambrosium, *intelligere me fecisti mandata tua*. Verbum תבן *chacem*, & σοφίζειν *sapientem reddere* significat. *Prudentia carnis mors est*; *prudentia spiritus vita, & pax* y: *sapientia mundi stultitia apud Deum*: z: *reprobat Deus prudentiam prudentum* a; *dat scientiam sanctorum* b: horum prudentia consistit in acquisitione, conservatione, multiplicatione bonorum spiritualium, ut ostendit Greveus c, facta comparatione cum prudentia mundanorum circa temporalia acquirenda, conservanda, multiplicanda. Colligit Camerarius hinc infusas virtutes morales. Non est adeò, ut ille putat, necessarium argumentum. Nam *facere prudentem* Deus potest intelligi per auxilia gratiæ, quamvis habitus morales non infundat. Non dubium vero, quin vir probus & Dei charitate præditus; cereris, ut ajunt, paribus, in re quoque civili administranda multo sit magis idoneus, quam improbus: & disciplinas quoque ipsas perfectius edisset. Demonstrat id Thomas Bozius d in signis Ecclesiæ.

y Rom. 8. 6. 1. Cor. 3. 19.
z cap. 1. 19.
a cap. 10. 10.
b cap. 9.
c serm. 264.
d Signo 24. 32. 53. 55.

Quia in æternum mihi est.) Hieron. *quia in sempiternũ* Apud Trevetum, *in sæculum hoc est mihi* לעולם תיאלי *lealem thi lehholam hili*; idest ut explicat Trevetus, *ad meã curam, diligentiaque pertinent*, & *ex hoc, quod diligenter*

turo mandata Dei, plus sum instructus in eis, quam inimici mei. Adjicit aliam expositionem, quod Propheta dicat instructum se à divino mandato, quomodo se debeat habere ad inimicos; quia hoc in sæculum est ipsi, idest, quoniam ad ipsum, qui Rex est, pertinet id semper scire ultra, & supra alios. Non displicet quod ultimo ducit loco, dùmodo universe sumatur, non autem de modo, quo debeat se quis habere ad inimicos. Nam licet ea in re summa omnino prudentia, & sapientia sit opus quemadmodum & charitate, præpositio Hebræa in primis verbis versus, ut ibi monui, tenium istùm impedit. Transtulit Aquila ὅτι πρὸς αἰῶνά μοί ἐστιν, quomodo vertisse Latinè dixi Hier. Correcti codices Lxx. habent ὅτι μοι, *meum*; dativum Complutenses, ac Regii, sicut & Symm. atque Theodotio. Legit Hilar. *quia in sæculum mihi est*. Ambros. tantum *quia tu es*. Quæ lectio cum nulla congruit editione, nec Hebr. nec Græca. Præter illum Treveti sensum de perpetua cura mandati divini, qui videtur maxime litteralis, Euth. & Niceph. explicant de perpetua ejusdem dilectione, ut propterea vindicare noluerit acceptas ab inimicis David injurias. Chrysost. Theodor. Basilius, quidpiam supplendo, de lucro æterno ante oculos mentis proposito, quod virtus, quam lex, & mandatum Dei proponit, offert. Latini multi de spirituali intelligentia, quam David in lege vetere attendebat, & ad æterna bona referebat. Cassiodorus; quia mandatum charitatis manet, atque servatur in æternum: Sensui litterali, quem dixi, favet Apollinarius.

ὅτι μοι ἐστὶν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἡ ἐπιστήμη μου.
Etenim mea possessio est, semper vero me fovet.

Hic naviganti per hoc mare magnum, velut Arcturus, Cynosura, stella fixa, polus est, ne quis erret: ad hoc signum, scopumque intendendi oculi, semper, ac defigendi, quid mandet, quid velit DEUS, quid vetet, quid caveat.

Vers. 99.) Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est.

Sensus loci.

ALter meditatę legis, ac in opus reductę fructus, ut intelligere, sapere, doctior etiam evadere plusquã hi, quibus doctoribus aliquando usus es, possis, nempe ob illud quasi continuatum studium, quod fieri potest, ut Doctores intermittant; ita ut quamvis *discipulus non sit supra magistrum* a, quamdiu discit, possit assiduitate, atq; diligentia eumdem superare; & licèt plerumque ita contingat, ut magistris disciputi non sint doctiores, contrarium aliquando accidere valeat: fieri præterea queat, ut quis æsequatur studio tuo, & industria, quod non didicerit à magistris, ut Ambr. testatur, & vetera, recentiaq; docent exempla. Interesse item idem Paet Ambr. putat, citans alium idem dicentem, inter docentes, atq; doctores; quod secundi sint alieno judicio ad hoc munus electi; primi autem, qui propria utuntur patione id sibi assumserit. Quæritum à nobis est in præfatione *b*, an David excelluisset scientia, & Prophetiæ munere supra ceteros, qui præcesserant ætatem ipsius. Quoniam id concedere durum videtur de Adam, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Josue, Aarone, Moyse, Samuele, Nathan, & similibus. Aug. cum aliis negans etiam de Salomone prædictionem esse, aserit hæc in Christi persona dici, qui annorum duodecim quum velut discipulus audiret legis Doctores, ac Seniores *c*, tamen super uttoq; intelligere se intelligebat, dicens, *Sicut docuit me Pater, hæc loquor* d, & *mea doctrina non est mea sed ejus, qui misit me Patris* e, quamvis malit August. priorem locum de Christo esse ut homine, Hilar. Ambr. & alii sumunt in persona populi Christiani, in quo sine dubio magis perspicua de rebus divinis notitia, quam Judæo, qui doctrinam acceptam transmisit ad nos tamquam magister, vel certe prositentur eorum Scribæ, Pharisæi, seniores se docere, & non docent, quum nolint agnoscere latentia in lege mysteria Christi, nec etiam viderint, vel audierint, quæ nos videmus, & audimus: hi, qui degebant ante Christum *f*. Exprobravit Christus iltis Judæorum Doctoribus ignorantiam, & *clavis scientiæ* abusum *g*. Convicit quoq;, ita ut *respondere non possent* h, atque idipsum confiterentur *i*. Denique *unus* divina um rerum *magister*, & Doctor; docensque illas Deus, & *Christus* k secundùm divinitatem: & is, *quem erudit ille, & de lege sua docet*, hoc nomine *beatus est* l, ac omni alio exterius docente doctior, quatenus nullus alius hanc ei doctrinam intrinsecus valet communicare, & infundere, nemo illius comparatione *vocandus magister super terram* *. Utrumque tradit Eusebius *m*: & secundùm istam comparationem, & quod nemo qua ratione didicit, discipulusque dicitur, est super magistrum: quia quatenus ὑπερέχειν, *excellit*, non est discipulus. Anast. Synaitæ *n* psalmum de captivis in Babylone declaranti, placet hanc esse orationem piorum, qui se hac in parte Doctoribus suis affirmet melius intellexisse, ac fapuisse: quoniam ad desperationem inducentibus fuilmet contribulationibus non assenserunt: sed constanter spem in Deo, ac promissis ejus retinuerunt. Nimis angusta expositio angustiores aliæ magis mysticæ, ut & quod Cassiod. vult, & Bruno, de inimicis priore versu commemoratis Prophetam loqui, qui nempe legem Domini prava intentione docuerint, Phariſæos notant sæpe à Christo reprehensos, & supra tales cohortem Evangelicam hìc se intellexisse dicere tradit. Ad litteram de ipso loquens David, aut de alio sui temporis, qui legi daret operam meditandæ, & implendæ, dicit id, quod facile possit evenire, Fortassis etiam intelligit, ut Ciconia notat, de magistris, & Doctoribus, qui per civitates jussu Domini constituebantur *o*: sed jam juxta Moysis vaticinium *p*, ab ea via declinaverant quam præceperat Dominus, & quæ docebant, non intelligebant. Camer. accipit de filiis Sarviæ, qui Davidem instigabant adversus maledicum Samei *q*. Ceterum transferendo ad nos, plus sane intelligit, & sapit vetula multum diligens legem Dei inquit Cajetan. quam Doctores Theol. & quam teniores, non tantum quam impii, & hæretici impugnantes mandata Dei, loquendo de sapientia, & intellectu, quæ sunt dona Spiritus sancti, atq; de sapere, & intelligere ad salutem propriæ animæ qui est finis divinæ doctrinæ. Est quod cum exultante Christo in spiritu, gratias agamus Patri luminum, quod tanta *parvulis revelaverit* r, & *sapientiam iis* per legem suam *præstiterit* *s*. Greg. *t* ex hoc loco probat per incrementa temporum crevisse scientiam spiritualium patrum: plus Moyi, quam Abrah. plus Prophetas, quam Moysem, plus Apostolos, quam Prophetas in omnipotentis Dei scientia eruditos esse: hoc etiam sibi voluisse Daniel. *u*; *pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia*: item Christum *x*; *multi Reges, & Prophetæ voluerunt videre, quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt*. Idem jam prior observaverat circa hunc locum Philo Carp. *y*. Legis divinæ doctrina, peritia, interpretatio, proprii vi ingenii, aut peregrinis, ac exoticis fieri disciplinis quæ narrant fabulationes *z*, non debet, sed meditatione testimoniorum sacrorum ea inter le conferendo, & intelligentiam precibus bonisq; operibus impetrando, & sanctos ac Ecclesiasticos doctores consulendo, ut Nazianzenum, ac Basil. tredecim continuos annos fecisse Ruffinus *a* narrat. Hanc Bernar. *b* vocat scholam spiritus, ubi bonitatem, & disciplinam, & scientiam discamus, & dicamus; *Super omnes docentes me intellexi*. Quare? inquam, ait ipse, numquid quia purpura & byſſo me indui, & quia lautioribus epulis abundavi? numquid quia Platonis argutias, Aristotelicas intellexi, aut ut intelligerem laboravi? Absit inquam, sed *quia testimonia tua exquisivi*. Debent *constitutionem nostrum esse justificationes Dei* c; *intellectus bonus est*, sed *faCientibus eum* d, seu doctrina cunctis, qui faciunt eam. Hæc nostra sapientia, & intellectus coram populis, ut audientes præcepta nobis data, & à nobis obtervata dicant: *en populus sapiens, & intelligens* *.

a Matt. 10. 24.
b cap 5.
c Luc. 2. 46.
d Joan. 8. 28. cap. 12. 50.
e cap. 7. 16.
f Luc. 11. 52. 24.
g c. 11. 52.
h Matt. 22. 46.
i c. 21. 27. K. 2. 8. 10.
k Psal. 33. 12.
l Psal. 143.
m in Cat.
n ibid.
o Num. 11. 16. 17.
p Deut. 31. 29
q 2. Reg. 16. 10.
r Matt. 11. 25
s Per incrementa temporum crevisse scientiam spiritualium patrum ex hoc loco probatur. Ipse. 18. 8.
t hom. 16. in Ezech.
u cap. 12. 4.
x Luc. 10. 24
y in Cant.
z Psal. 118. 85
a h. 2. c. 9.
b Ser. 3. de Pentec.
c Psal. 118.
d Psal. 110. 10
* Deut. 4. 6.

Super omnes docentes me intellexi.) Hieron. *super omnes, qui docebant me, eruditur sum*. Alii, *factus sum prudentior, intelligentior, cautior*, &c. Est השכלתי *hischalsthi* non solùm *intellexi*, sed etiam *intelligere, feci me ipsum*; sicut. adhibita meditatione, de qua statim meminit, & aliis dispositionibus, quæ ad promerendam divinam scientiam, & prudentiam valent. Vertitur alicubi *e* משכיל *maschiprudenter agens*. Usurpatur etiam idem verbum ad scientiã quamlibet, tùm practicã, tùm speculativã. Præpositio מן *min* ὑπὲρ *super*, hoc loco denotant comparationem cum excessu: quamvis, ut priore versu notavi posset significari, ut R. Benzoma volebat, quod ait Propheta se ab omnibus, qui docere posset, & vellent libèter didiciſſe: quia unum hoc erat sibi undecumq;, & à quocũq; discere, quę cooferrent ad legem & testimonia Dei percipienda, & implenda: sed Græca, & Latina præpositio non patiuntur commodè istũ sensum, alioqui utilè. In psal: 40. *f* *intelligere super egenum*, & *pauperem*, nihil horum

e 3. Reg. 18. 24.
f vers. 2.

significat, sed animum applicare ad ei subveniendum. Est namque præpositio אֶל el, & ɔ ad.

a Jerom. 3. de Psal.

Quia testimonia tua meditatio mea est.) Existimo Arnobium, & Bernardum a lapsu memoriæ pro his verbis, alia præcedentibus junxisse: *quia mandata tua exquisivi.* Pro *meditatione* est μελέτη, & שִׂיחָה sichach, de quibus dictum sæpe.

Vers. 100.) Super senes intellexi, quia mandata tua quæsivi.

Sensus loci.

SImilis hæc priori sententia, quod non quosvis doctores, ac docentes intelligendo vicerit, sed etiam doctiores, atq; sapientiores, quales esse debens, & æstimari solent senes, idque quoniam ab ipsa pueritia cœperit legi vacare, & operam diligenter dare, atque in eo studio, & exercitatione perseveraverit, ut docet Aben-Ezra. *Fatuũ senem, insensatumq; tam dedecet esse, quam pauperem, superbum, divitem, mendacem* b; nec injuria indignatus, ac *iratus est vehementer Eliu* amicis aliis Job, quod *quum essent seniores, & antiquiores, respondere nequissent & annorum multitudo non docuisset eos sapientiam* c: sed videlicet quemadmodum David gratus beneficio divino per quod prudens factus est superq; docentes, & senes intellexit, ita loquitur: eodem modo idem Eliu vidisse asserit, quod *spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intellectum: non sunt longævi sapientes, nec senes intelligunt judicium* d: nempe industria naturali & labore. Puero Daniel sapientiam Deus communicans, *dedisse* dicitur *honorem senectutis* e, ideoq; ætate, ac officio senes impudicos condemnavit puer junior. Loquitur forsitan David de septuaginta senioribus, quos constituerat Moyses super civitates, ut essent magistri, ac doctores populorum: tunc vero nihil, parumve intelligebant: sed judicabant pro sua & principium libidine, non juxta præscriptum legis. In Ægypto ætate minor Joseph, senes Pharaonis prudentiam docuit g. Mysticus istius versus idem, qui præcedentium sensus. Judæum Christiano seniorem, ac sæ doctorem profitentem consentaneè, ad ea, quæ congruunt sensui tradito describit perbellè Paulus h, dicens *cum regulæ sere in lege, gloriari in Deo, nosse voluntatem ejus, probare meliora, instructum esse per legem confidere seipsum esse dux cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ, & veritatis in lege;* tamen *qui alium docet, seipsum non docere, qui prædicat non furandum, furaris, qui dicit non mœchandum, mœchari, qui abominatur idola, sacrilegium facere; qui in lege gloriatur, per prævaricationem legis Deum inhonorare.* De iisdem Judæis idem Apostolus i ait, quod *quum magistri deberent esse propter tempus, rursum indigebant, ut docerentur, quæ esset, elementa exordii sermonum Dei, & facti essent, quibus lacte opus esset, non solido cibo:* Super tales magistros, & senes fidenter dicit fidelis se intellexisse, sive etiam super inveteratos durum malorum, ac in peccato, & veterno impietatis, atq; senio perfidiæ delirantes. Dei gratia erogata doctrinæ, maturitatem inquit Ambros. ætatis supergreditur senilis. Exemplis aliis, quæ prius indicavi, adjungi potest, Abel, Isaac, Samuel, Salomon, Jeremias. Nec enim, ut cum eodem loquar doctore, æstimatur juvenis definitione divina, qui canam habet prudentiam, quæ sanctificationis cœlestis gratia reluceat. Nullus ætatis tueatur se granditate, ut sibi licere quidlibet arbitretur: nemo malum senis consectetur exemplum. *Anima virilis sancti* (cujusvis ætatis sit) *enunciat aliquando vera quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum* k. *Doctrinam senum Deus auferet* l ab illis, qui quæ à Patribus acceperunt, non credunt, vel non faciunt. Reducuntur *corda filiorum ad patres, & ad prudentiam justorum, sit quæ plebs perfecta* m in iis, qui *quasi modogeniti infantes* n, *renati* o, patrum, & seniorum fidem, & vitam sanctam sectantur: & per *gratiam pro* vel *ex gratia* o majorem de rebus divinis, & notionem, & amorem concipiunt quam iidemmet illi patres, senesq; A senibus inveteratæ perfidiæ *ablatum est regnum* p, & doctrinam ab iis ablatam, invencula Ecclesia ex Gentibus accepit, ut scribit Greg. q. Potest etiam Ecclesia successu temporis hanc usurpare sententiam: quia crescat oportet, & multum, vehementerq; proficiat, inquit Lirinensis r, tam singulorum quam omnium, tam unius hominis, quam totius Ecclesiæ ætatum, ac sæculorum gradibus, intelligentia, scientia, sapientia. Sed quia quamvis super senes non autem aliud, quam senes intelligit Ecclesia subdit idem, quod fas est, ut prisca illa cœlestis philosophiæ dogmata processu temporis excurentur, limentur, poliantur, sed nefas est, ut cõmutentur, nefas, ut detruncentur, vel mutilentur. Accipiant licèt evidentiam, lucem, distinctionem, sed retineãt necesse est plenitudinem integritatem, proprietatem.

f s. 30.

Super senes intellexi.) Alia Pialt. & vetustiores Patres Latini legunt, *seniores*, propter Græcum nomen πρεσβυτέρων. Est autem Hebræum aliud verbum futuri temporis pro præsenti אתבונן *ethbonen* quod erat etiam in versu 95. *sensibus*, aut *senioribus*. Paraphraft. *sapientes* reddidit הביומא *chacchimaia*. Sensibus enim convenit sapientia, ut ante dixi, vocanturque sapientum concilium senatus, ac γερουσία, quale etiam erat συνέδριον Judæorum constans ex senioribus, ut aliàs docui.

Gratitudo erga magistros commendatur.

Quia mandata tua quæsivi.) Hieron. *quia præcepta tua servavi* נצרתי *narsorthi*. Legunt alii, *exquisivi*, quod importat Græcum ἐζήτησα, sic inter alios Ambrosius, legens quoque præcepta. Ut intelligas, quod sæpe admoneo, voces synonymas plures occurrere. Significat inotat Hilar. non modo interdum ex diversitate naturæ accidere, ut discipulus prudentior sit magistro, vel doctior: sed etiam ob diligentiam, studiumque. Porro quantam quis postea comparet sibi doctrinæ laudem, hac se nullo sinat pacto laude privari, quæ ex grata in magistros memoria nascitur, nec ut umquam pudeat profiteri ingenue, per quos profecerit. Caruit Aristoteles hac laude adversus magistrum Platonem ingratus, à quo etiam pullus appellabatur, qui lacte saturatus materno, calcibus petit matrem s. Oblivione Arnob. quadam profecto legit hic, *quia legem tuam non sum oblitus.* Sed non ex vitio negligentiæ ortam, non naturæ rem exiftimo fuisse, ut cum eodem ipso loquar, definiente, oblivionem legis, quum ex negligentiæ vitio oritur, rem naturæ existimandam non esse: Notatum hoc memoriæ vitium in Arnobio à Lindano postea deprehendi.

Aristoteles ingratitudinis arguitur erga magistrum.

s *Aulus Gell. lib. 17. cap. 21. Val. lib. 4. Laert. in Arist. Hellad. apud Photi.*

Vers. 101.) Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua.

Vers. 102.) A judiciis tuis non declinavi, quia tu legem posuisti mihi.

Sensus loci.

UTilitas hæc tertia legem meditantis, & custodientis, atque argumentum profectus in eadem lege super infirmicos, docentes, senes; quod propter desiderium custodiendi mandata, judicia, legem Dei, & ut legislatori Deo placeret in omnibus, vitarit diligenter jam à prima pueritia cunctas peccandi occasiones, nec ullas opportunitates prætermiserit, quibus ad bene agendum promoveri se potuerit intelligeret, attendendo accurate, quid justissimus Dominus præciperet, quid prohiberet, atq; ut ipse divinę in corde inscriptæ legi, instinctui, inspirationi, doctrinæ, quam dare homines non possunt, respondere. Ut minimæ mirum videri debeat, si non jactabundè, sed eum modestia grati animi significatione dixerit *se intellexisse super senes, & docentes.* Intelligit enim id se Dei beneficio consequutum, ad eum modum, quo etiam præfatus est, quod ipsum idem Deus prudentem fecerit mandato, hoc est, erga mandatum, & per mandatum, super inimicos, plusq; quam illi falsa illa sua prudentia valere, ac nocere possent. Hil. hoc ait consequens esse, ut qui *super senitores & Doctores intelligit*, fructum intelligentiæ suæ reddat, scil. ut & quæ cognita, & præcepta habere cœpit, exerceat. Notat præterea resistendum, & obnitendum ut nosmetipsos ab omni via mala primum arceamus, dum deinde si qui nos instinctus eo caperit ferre, ob naturam ipsam corporis nostri, humanaliq; cupiditates, ut retrahamus: hac propria inhibitione opus esse, ut possit Dei verborum esse custodia. Confert Ambr. Hilar. congruens pro more cupiditates, motus cum bestiis irruentibus, atque jumentis, teneros fructus, & nova ruris cultura de paicentibus. Pedes item prohibendos ait esse superbiæ, iniquitatis, infirmitatis, ac illorum, qui non stant, sed labuntur, & cadunt: qui stent cum Domino, lapsum non timere, sed eorum pedes erui de lapsu, ideòt, labendi & cadendi periculo. His affinia per plura psalmis vidimus præcedentibus, ut hæredum hic diù non sit. Sapiendum dumtaxat moneo Salomonis tùm sano consilio, ut *prohibeas pedem à semitis improborum, nec ambules cum eis u:* tùm exemplo insano, ne ut ille,

u Prov. 1. 5

a Eccl. 2. 10. *ille, omnis, quæ desideraverint oculi tui non neges eis, non prohibeas cor tuum, quin omni voluptate fruatur a:* sed & in judiciis Dei, à quibus declinare non debes, attendenda non solùm præcepta judicii, æquitatisque plenissima, verùm etiam præterea quidquid ille de te, aliive, secundùm varios rerum status disponit, & decernit; ita ut velut legem positam arbitreris, venereris, exosculeris opulentiam, inopiam, valetudinem, ægritomiam, potentiam, honorem, dignitatem, scientiam, & his contraria, ceteraq; ἀδιάφορα omnia, quæ pro arbitrio justissimus Deus tribuit, aliisque distribuit. A judiciis posttremo Dei non declinat justus judex, memor *se judicium Dei facere non hominum* b.

b Deut. 10. 17. 2. Par. 19. 5.

Ab omni via mala prohibui pedes meos.) In Illyrico Psal. *ab omnia via vallis*, videl. à via declivi, & præcipiti. Facilis enim descensus averni, ob *corpus aggravans animam, ob terrenam inhabitationem deprimentem* c, ob *iniquitates, quæ sicut onus grave gravantur super nos* d, & nos gravant. Hier. *ab omni semita mala prohibui pedes meos. Malignum viam* legit Ambr. & definit dubium quidquid est, & ancipitis effectus, hoc malignum esse, sicque lucem dubiam malignam dici; *viam malignam* de eo, quod malitiæ tenebras admiscet veritati: sæculum hoc sive *mundum, in maligno positum esse* e, Indefinitè quomodolibet malam viam significant רע *rahb*, & epithetum πονηρὰς. Aquila pro ἐκ μιᾶς reddidit ἀφαῦ, *coercui, constrinxit tamquam carcere, & compedibus.* Significat quoq; Hebræum בלה *chalah*, & כלא *chala*, cum quo κακὸν similitudinem soni habet, atque notionis, *terminare, & claudere.* Felix transtulit, *cohibui, & in carcere inclusi. Vim patitur regnum cælorum, nec fit violentis rapitur* f: virtus ludore paranda per viam legum arduam, asperam, ut describit Hesiodus: *injiciendi pedes in compedes sapientiæ doctrinæ, qui sunt in protectionem fortitudinis, & bases virtutis,* (quæ ultima Græce desunt) ut Ecclesiastici Auctor g hortatur. Idem adhuc præcipit h, ne *post concupiscentias eamus, & ut à voluntate nostra avertamur* vel tero tandem qui non paruerit deprehendet, lamentabiturq; *lassatum se esse à via perditionis, & ambulavisse vias difficiles* i. Via una perditionis, divortia innumera malorum habet, ut non sit satis à multis prohibere pedes, si vel ab uno tantum non prohibeantur. Triplicem exempli causã Hugo distinguit malam viam, lutosam, spinosam, montuosam; luxuriæ, avaritiæ, superbiæ. Pampol. cogitationis locutionis, operis. Cave ne *fugiens à voce formidini, cadas in foveam; de fovea explicatus laqueo tenearis* k, quæ videtur elegans parœmia cum paronomasia trium vocabulorum פחד פחה פח *pachad, pachath, pach*. Item cave, ne *fugiens à facie leonis, occurras ursus, ingredientem domum, & innitentem manu super parietem, colaber mordeat* l. Cave deniq; ne, tamquam volucris, vel unguiculo uno constrictus tenearis. Ipse te totum constringe salutaribus vinculis, nec velis quærere solutionem ne diaboli laqueos incidas; quibus pertraharis in interitum. Omnem viam malam declinare non est facultatis humanæ, nec ordinariæ gratiæ. *Septies in die cadit* etiam *justus*, levi nimirum casu, non mortali, sed *resurgit*, non *corruit*, sicut *impius in malum* m. Viam criminalis iniquitatis Bruno ab omni etiam tali via prohibuit pedes, quum patrarit adulterium, & homicidium: sed nescimus istum psalmum quo tempore scripserit. Deinde quid ipsum facere oportuetit, & à justo fieri soleat, hic exprimit.

c Sap. 9. 15.
d Psal. 37. 5.
e Dan. 13. 52. f 16. 12.
g 06. 25. 26. h c. 18. 30.
i Sap. 5. 6.
Via mala triplex.
k Esa. 24. 18. Jer. 48. 44.
l Amos 5. 19
m Pro. 24. 16

Ut custodiam verba tua.) Sic etiam Hieron. quem legisse oportet, ut ex Lxx. non singulari, quo modo nunc extat: sine י *jod*, sed in plurali, דְּבָרֶיךָ *debareka*: singulari Apollinarius utitur metri causã.

ὄφρα φυλαξω μῦθον ἐμὸν ἐπεῖς πρωτ' ἐδέξαο φωλεῷ.

Ut animum tuum sermonem meis præcordiis custodiam.

Pro *verbis* Remig. & Pampolitanus legerunt *mandata* errore memoriæ. Custodia comprehendit memorem intelligentiam, cum exercitio verborum, sive præceptorum, quæ synonymè tot modis vocantur. Si semen hoc jaceat in via mala, rapiet, & comedet illud tamquam volucris *diabolus* n.

n Luc. 8. 12

A mandatis tuis non declinavi.) Hieron. *non recessi*, סרתי לא *losarthi*. Synonymum etiam nomen *judiciorum* est pro *præceptis*, ut sæpe monui. Hebræum סור *sur* significans *declinare, cedere, recedere, discedere, divertere*; cujus oppositæ notio verbi אסר *asar, ligare*, & כלא *chala, cohibere, coarcere, includere*, quod erat priore versu, posset innuere, id, quod ibi dicebamus, pedes ita constrictos teneri, ut quodammodo eos expedire ad malum non possint. Convenit potissimùm illis, quos religionis vinculã, & catenæ colligant, & fœlici quadam necessitate adstringunt, atque ad meliora perurgent. Docet autem, ut cujuslibet hominis intellectum, & judicium capax erroris, in certissimum assensum, & obsequium humillimum judicia Dei veritatis, & justissima subjugent: *nec ad dexteram, nec ad sinistram* o circa divinam voluntatem declinandum: sed fixè quasi in statione persistendum, perindeque ac si Dominum quisque audiret dicentem fibi, *Tu autem hic sta mecum.*

o Deut. 2. 27. c. 5. 32. & alibi sæpe. p Deut. 5. 31.

Quia tu legem posuisti mihi. Hieron. *quia tu illuminasti me*, nempe doctrinam legis, & exterius propositæ & interius infitæ. Hebræum verbum est הוֹרַנִי *horathani*, quod ipsum erat versu 33. *legem pone mihi* νομοθέτησόν μοι: quo verbo Græco hic etiam Interpretes utuntur ἐνομοθέτησάς με: sed ibi vertit Hieron. *ostende mihi.* Si legeremus הוֹרֵנִי *horathani* ab אור *or*, melius perciperem os translationem, quæ habet *ostendere*, aut *illuminare*: à יָרָה *iarah*, quod significat *docere*, unde & nomen legis תּוֹרָה *thorah*, quidam derivant. *Præceptum Domini lucidum est*, *illuminans oculos* q, & docens, sed lumen, & doctrinam interiorem solus *Deus Dominus scientiarum* operatur r: aliæ causæ creatæ concurrunt dumtaxat exterius. Sufficiat homini posita sibi lex à Deo, ut non declinet, & voluntas ejus lex legum suprema, quam tam exactè servant cuncta alia, ut numquam illam transgrediantur. Divino intonante præcepto, ait Augustinus, differens de obedientia Abraham in immolando filio, obedientium est, non disputandum. Legislator sua nos lege facit scire homines esse, & vilitate conditionis, & dignitate imaginis, ac similitudinis Dei, ut Hilar. & Ambros. observant.

q Psal. 18. 9. r 1. Reg. 2. 3

f 16. decliv. cap. 32.

s Psal. 93.

Vers. 103.) Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.

Sensus loci.

POstremum ex legis meditatione, atq; operatione cõmodum est, singularis quædam voluptas, quam fauces animi, & corporis etiam nonnumquam experiuntur, dum illam tractant, & cogitando, ac loquendo, usurpant: ita ut ne mellis quidem suavitas, qua nullã majorem novit gustus, conferri cum illa valeat: nihil jucundius bonæ conscientiæ testimonio, quod *jugis convivii* dicitur instar *a* esse; nihil suavius æternæ spe beatitudinis quæ duo parit meditata lex, & observata. Ipsemet prolatæ legis, & Scripturæ voces sacro-sanctæ, maxime nomina Dei, saporem nonnullis admirabilem in ipsimet corporis labiis faucibus, palato attulisse produntur. Arbitror alio in loco retulisse me narratione Ephremæ de Juliano anachoreta, ubicum q; *Dei* nomen, aut *Domini* aut *Jesu Christi*, aut *Salvatoris*, scriptum comperiret, lacrymis rigare solitum Magdalenæ memorem, quæ pedes Christi tuis rigaverat. Et Bonav. de Francisco, quum psalmos legendo nomen Domini occurreret, præ suavitatis dulcedine labio vilum lingeres expresso autem, vel audito *Jesu* nomine, repleri quodam jubilo totum interius, & alterari exterius, ac si mellisfluus sapor gustum, vel harmoniacus sonus ipsius immutasset auditum. Tum suavia, & pia regustantur sæpius absq; fastidio exempla. Dulcedinem istam eloquiis præsertim Evangelicis, Evangelii prædicationi adscribunt Hilar. & Ambr. aliiq. quia prædicatur remissio peccatorum, vitæ perennitas, resurrectio defunctorum: quæ res perpetuæ mortis, & acerbæ memoriam tempe. rant. Et *spongiæ labia favum distillant* t, quia *favus mellis* u *sermones boni* a: favus, inquam, cum Ambros. multorum Prophetarum, (adde scriptores alios novi Testamenti, verbaq; in primis Christi in iis recitata) velut apum (spiritali ubertate congesta mella redolentem. In sermone divino idem Pater spectat alias conditiones panis ad *cor* fortius *confirmandũ* b: vini serventioris, ac spiritaliter, & *præclare inebriantis* c, lactis speciosè lucentis: sed melleam tuavitatem asserit esse in suasorio ethico sermone, mentis interna mulcente, ac tristitia per pœnitentiã corda dulciter mitificante: quemadmodum oris amara, quæ febribus, vel aliis acciderunt egritudinibus mel mitificat, eloquia de diligendis inimicis d, abnegando seipso, omnibus possessis renuntiando, tollenda cruce, odio habendis maxime necessariis, ipsaq; & obedienda, & perdenda anima; dulcescunt consideranti hæc esse *verba vitæ* e, *in jugo esse suavitatem* f, *in onere levitatem: remittit peccata* g, promitti regnum, & *paradisum* h: deniq; propter verba tam suaLatini in Psal. Tom. IV. T 3 via

t Cant. 4. 11
a Prov. 16
b pf. 104. 15
c Psal. 22. 5.
d Mat. 5. 16 cap. 19.
e Joan. 6.
f Matth. 29
g Lucæ 18
h 23. 43.

via labiorum divinorum fatile est *custodire vias duras* a, & ab *eloquium* sponsi *dulce b loquentis ad cor* c, & quia *nihil dulcius, quam respicere in mandatis Domini* d, & *favus mellis sermones pulchri* e, ut notavit etiam Procop. *f* circa mel eductum de petra *g*. In ipsomet ore leonini cadaveris favus est, ac terribilissima mors; demto aculeo mellea evasit, & dulcis, postquam Christus eam amaritiem delibavit cum poculo felleo. Allegoriam istam Hieron. *h* observavit. Dat alicubi Ambrol. *i* exemplum de præbenda unam *pervertienti maxillam, alteram k*; de *pallio relinquendo si, qui tunicam auferat* l: ligno Crucis temperatam imitem, & austeram legem veterem præcipuè circa talionem m. *Brevem in volatilibus apem* voluit Deus *principatum dulcoris* habere mellificando *n*: sic spiritualem dulcedinem elici, & confici quodammodo voluit idem admirandus opifex ex per se vili, & abjectare, atque sermone. Meretriciæ mundi voluptates aureo prehenduntur poculo: sed intra quod nihil nisi amator *absinthii fellis*, *veneni* o. Si liber divinus *in ore sicut mel amaricare ventrem facit* p, causa est, quia divina vitæ præsentis spiritualis dulcedo gignit, ob absentiam æternæ, ac dilationem, quæ animam affligit, amarum desiderium, atq; cõpunctionem: & quoniam vir prius melle dulciorem ad alios habet sermonem licèt amaro sit intus modis istis animo; & cordes numquam hic offerens Deo in sacrificium purum mel, ut lege cautum est; q quia in futurum conservatur cum nectare, & ambrosia non confista, sed veræ, ac sinceræ voluptatis divinæ. *Spiritus Domini super mel dulcis, & hereditas ejus super mel, & favum*, inquit Siracides *r*: & de judicii is divinis jam pridem ante noster David pronuntiaverat *dulciora esse super his* itidem rebus. Recte dixerit Ecclesiam totam melle, & lacte manantem terram cum Isidoro *s*. Christus, qui lactucas agrestes, amarasque cum agno, ad amaram pergens mor em, comedit & infans *butyrum, melque* gustaverat *t* post resurrectionem denuo mel sumsit *u*. Nato Christo melliflui facti sunt cœli ut Ecclesia canit, & *rorem miserunt desuper* x: postea, misso dulcissimo spiritu *stillaverunt montes dulcedinem* y gratiarum spiritualium, nempe ab iis, qui veluti montes ad virtutum excelsa pervenerunt, & dulcedine ista, melleque sudaverunt, ut exponit Hieron. z Joannis Baptistæ austerioris, & severitatem legis præ se ferentis cibus erat *mel sylvestre*; quod quidam centet minus dulce, aut nonnihil amarum, ut Isidor. Pelus. *a* ideoq; Joannes afflicto, & emaciato corpore fuisse. Quamquam aliis aliter videri scio, dulcedine: mel illud nostro simili constitille. Lege Maldon. *b*, & Aldrov. Si sedenti sub umbra legis *dulcis fructus gutturi* d Evangelicus ob expectationem, & spem, ut præsentem quoq; cum illo ex cantico locum Philo Carpathius e explanat; quanto magis ipsemet jam intra guttur, & fauces immitus fructus? Incredibile idem ait esse nescienti quam suave sit de Deo Opt. Max: ex sacris litteris meditari, ac loqui; ex quibus guttur nostræ mentis admirabili dulcedine repleatur in Deum; eque inflammari sentit desiderio æternæ vitæ consequendæ. Cyrill. Hierosol. *f* perpendens mellis opificem apem ex congestis multis floribus id conficientem, docet nos tali exemplo admoveri, divinas circumeundo Scripturas, nostram ipsorum salutem apprehendere, & illis iatiatos præsentem proferri psalmi sententiam. Qui cibi, quæ mella sunt dulciora, quam Dei scire prudentiam, & in abdita ejus intrare, & sensũ Creatoris inspicere, & sermo Domini Dei tui, qui ab hujus mundi sapientibus deridentur, dicere, inquit Hieron. *g*, plenos sapientia spiritali. Is item, quem Hieron. vocant nomine in psalm. 147. mannæ similitudine utitur quod quaicumque optamus delicias, divinus nobis præbeat sermo. Sed ut admonet alibi Ambrol. *h* diu intra teri, ac poliri debet, toto animo, cordeque versari, ut dulcedinis gustu perfruamur. In commentario autem psalmi discrimen à melle affert, quia hoc ad horam delectat & citò sapo ejus evanescit, & plerumq; viscera vitiola lædunt; verborum autem moralium est pungunt mella, non lædunt; quamvis evomat ea fluitus & rejiciat, eorum non valens sentire suavitatem. Nazianz. *i* de moderatione sensuum agens cavet ne acerbas, & ingratas fauces, quæ id, quod datur, transmittunt, nec umquam retinent, paulum recreantes, oblectemus externis saporibus: sed divinis sermonibus, qui melle dulciores sunt. Drogo *k* Cardinalis istis ipsis verbis vult earumdem Scripturarum melleam suavitatem significari, variis è floribus ab ape virginea collectam: præterea manna, & panem oleatum, omne delectamentum, & omnem saporem suavitatis habentem. Negat rursus Ambr. *l*, animam, quæ hoc mel gustavit, & suavitatem verbi, aliud habere, quod desideret: quemadmodum in mente positus Moyses, quadraginta diebus legem accipiens cibum corporis requirebat *m*. Elias ad illam festinans requiem, rogabat, ut *acciperetur anima sua* n. Petrus alpiciens & ipse in monte Dominicæ resurrectionis gloriam, nolebat discedere *o*. Stephanus dum Jesum videbat, lapidari non formidabat *p*. Paulus *raptus usque ad tertium cœlum, cum corpore esset, ac sine corpore esset, nesciebat*; & audiens verba Dei quodammodo ad corporis infirmitates descendere erubescebat *q*. Chrysl. *r* observat verba divina, sicut cum margaritis conferuntur à Christo, quia solent hæ haberi in pretio, quamvis longe sint illis pulchriora, & præstantiora; ita & cum melle comparari solere, quoniam apud nos melle nihil suavius est. Vel una virga mel attractum, & gustatum *oculos illuminat* t, hominemque totum recreat. Oblectatæ Christi sermonibus turbæ, tres ipsos totos dies absque cibo manserunt *u*: & adeo multi alii viri sancti longe diuturniore tempore hisce pasti deliciis, escas externas obliti sunt. Homines enim, ut Avicennam refert docentem Albertus magnus *x*, delectari in divinis, tempus non percipiunt. Habent hi nihil in animæ sacibus emortuum, nihil insensibile: nec sunt, ait Origenes *y*, illis similes, *quorum guttur est sepulchrum patens* z. Sicut ex carnalibus scis alitur caro, ita ex divinis eloquiis interior homo nutritur, & pascitur, ut a Iio Aug. *a* affirmans, ista confirmat sententia. Properea Prædicatoris labia dicuntur potius *favus distillans* b, quam quid aliud, quod concentum, seu harmoniacum denotet sonum, quo sensus auditus oblectetur, aureique auditorum: quia non aures, & auditum exterius pascere debet, sed intus animum esca verbi Dei. Radulphus *c* de psalmodia hunc usurpans locum, si sapienter fiat *d*, inde ait *faucibus* Davidis *dulcia eloquia fuisse divina*, quia voci mens concordabat, & quod ionabat in faucibus, hoc cum magna voluptate interius ruminabat. Elegans patauomasia inter vocabula *verbi*, seu *eloquii*, quod est דבר *davar*, & *apis*, quam dicunt דבורה *devorah*; sive *debera*: quo ipso nomine virago illa, quæ populum Hebræum judicabit: appellata *e* est uxor Lapidoth, cujus etymon illustrationes in morem fulgurum, & lampadarum. Nihil in hac vita dulcius sentiri Hugo S. Victoris *f* testatur, nihil avidius fumi, nihil ita mentem ab amore mundi separare nihil sic animum contra tentationes roborare, nihil ita hominem excitare, & adjuvare ad omne opus, & ad omnem laborem, sicut studium sacræ Scripturæ. Idem porro versans præsentem locum *g*, demonstrat quo pacto sicut ventris cibus, ita & mentis reperiatur: docet in materiali cibo reperiri saporem, quem fauces percipiunt, nutrimentum, & massam, ad refectionem, & gravamen intra stomachum: fauces spirituales ait esse palatum cordis, quo sapor verbi Dei, gustusq; internæ dulcedinis sentitur, nutrimentum exercitium virtutis: massam, pœdus laboris, quo caro gravatur: & ita fit, ne anima virtutem, qua reficitur, ultra modum appetat: observat proince hic dici *dulcia eloquia faucibus, & ori*, non *stomacho, & ventri*: quasi diceret Propheta, per verbum quidem tuum, Domine, venter carnalitatis premitur; sed palatum cordis intus sapore dulcedinis delectatur: quia etsi foris infirmitatem gravat labor operis, intus tamẽ pascit dulcedo, & gustus suavitatis. Cõfirmat ex libro, qui erat in ore Joannis, ut ante quoq; notavi tamquam mel dulcis, sed postquã devoratus est, *amaricavit ventrem ipsius* h. Sic & tu frater, inquit Hugo, devora librum vitæ, comede verba Dei; nec solum comede, sed avide comede, & noli propterea dulcedinem saporis ejus deserere, si aliquid amaritudinis sentis in ventre.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua.) Hieron. *quam dulce gutturi meo eloquium tuum*, & alibi *i*, *quam dulcia gutturi me eloquia tua*. Eodemq; modo Orosiensis k Monachus. Est nunc quidem numero singulari cum affixo אמרתך *imrathecha*, sed inserto י *jod* post ת *thau*, erit pluralis numerus: & sic videntur legisse alii interpretes, fatetq; numeri ejusdem verbum נמלצו *nimlesu*. Pro *faucibus* sicut *guttur*, ita & *palatum* poni potest, quia חך *cheth* valet hæc omnia, atq; per quod vis horum vertitur interdum, sicut & λαρυγξ. Pro *eloquiis verba* vetus Psalter. habet Ambrol. item, & August. Sed synonyma esse, aliàs dixi: licet August. velit hoc etiam loco expressius de Græco λογια reddi *eloquia*. Hilarius negat mel (eadem ratio de aliis gustatus objectis) in faucibus dulce esse, sed in ore, aitque extra regionem oris corporalium saporum nullum

a *psl.* 15. 4.
b *Cant.* 4. 2.
c *Esa.* 40. 2.
d *Eccl.* 32. 27
e *Prov.* 1. 6.
f *in Deut.* 32.
g *Hieron.* 147.
h *ep.* 127. *mansione* 25
Allegoria *in ser.* 32. *sive* 1. *de Quadr.*
k *Matt.* 5. 39
l *lib. in Deut.* 19.
m *Deut.* 19.
n *Eccl.* 11. 2.
o *Apoc.* 17. *Tren.* 31. 19. *p c.* 10. 9. *Ezech.* 3. 3.
p *Act.* 7.
q *Lev.* 2. 11.
r *Eccl.* 24. 27
s *in Numer. cap.* 11.
t *Esa.* 7. 15.
u *Lu.* 24. 42
x *Esa.* 45. 8.
y *Jael* 5. 25.
z *ibid.*
a *lib. sp.* 133.
b *in Mat.* 3. 5
c *de instit. anim. lib.* 1. *pag.* 123.
d *Cant.* 2. 2.
e *ibid.*
f *Catech.* 6.
g *ep.* 125.
h *de Cain & Abel.*
i *orat.* 40.
k *in de past.*

1 *in Ep. ad c.* 5. *edit. Rom. sive* 1. 2. *ep.* 22
m *Exo.* 24. 18 *Deu.* 9. 18. *Reg.* 19. 7
n *Reg.* 19. 4
o *Mat.* 17.
p *Act.* 7.
q *a Cor.* 12
r *prolog. in Evan. Joan.*
s *Matt.* 7.
t *Reg.* 14. 27
u *Marc.* 8.
x *ibid.*
y *hom.* 2. *in Cant.*
z *psl.* 10. 11.
a *ser.* 112. *de tempore.*
b *Can.* 4. 11.
c *l.* 17. *in Levit. cap.* 5.
d *psl.* 36.
e *Jud.* 4. 5.
f *de anim.*
g *annot. in Isl. cap.* 28.
h *Apoc.* 10.
i *in Joel. c.* 4
k *de instit. monast.*

Orphanum gustus linguæ.
a 1. *hist. animal. c.* 11.
b 4. *de part. anim. c.* 11.
c *de Evangel.* 94.
d *in* 2. *de anim. disput.* 58.
e *hic & Job* 12. 11.
f *Job* 34. 3. *Cant.* 2. 3. *c.* 5. 6. *Prov.* 24. 13. *Ge.* 12. 11. *h c.* 34. 3. *i in Job* 21. 11. *num.* 6.
k 3. *Esdr.* 10 *l lib. t.* 6. 6. Philoxenus Erixius lougius guttur sibi quam gruis optavit.
m *l.* 8 *cap.* 10 *la* 1. *c.* 6.

Super mel ori meo.) Alia Latina Psalteria, & Latini Patres aliqui vetustiores, ut Ambrol. *o*, isque quem vocant Hieron. Prolper, Cassiodorus; Beda; præterea Orsiensis *p* monachus, & Petrus Damianus *q*, *super mel favum*. Augustinus monet plures codices tantum habere *mel favum*. Si vero legamus, per hunc designari vult, & cum ipso alii, doctrinam sapientiæ de abstrusioribus sacramentis tamquam de cellis cereis, ore differentis velut mandenis expressam per *mel* magis apertam doctrinam *favum* cum *melle* Procopius *r* distincte ponit μελι δε κηριον. Apollin. compositum ex utroque vocabulum quod significat meleum favum, nempe μελικηδα. Quia nihil *dulcius melle*, *s* ex hoc ducuntur plures dicendi formulæ ad rerum diversarum significandam, exaggerandamque dulcedinem, suavitatem, jucunditatem, gustum. Usurpant quoque profani Scriptores hyperbolem parœmiacam, ut melle dulcius dicant quod est dulcissimum,

— *ô dulcior illo* t

Melle quod in ceris Attica ponit apis

Unde Plautus *u melle dulci dulcior mihi tues*, hoc est, inquit, *mel melle dulci dulcius*, & amicum suavem cognominat mel suum, molliculum suum. Quod vocant saccharum. Plinius *x* ex cannis, arundinibus, calamisve expressum pro molle habitum est, & ab Arriano *y* appellatum μελικαλαμινον vulgo jam, *canne melle*. Describit id Varro Narbonensis, quem citat Dalecampius in Plinium, & Matthiolus in Dioscoridem *z*, diligenter hac de re differens.

Indica non magna nimis arbore crescit arundo,
Illius è lenis premitur radicibus humor,
Dulcia cui succo nequeant contendere mella.

Sed quod est nunc adeo usitatum, licèt dulcedine præstans, qualitate ab illo vetere diversum videtur, nec latis antiquis compertum; saltem eo, quo nunc modo per artem conficitur ex calamis illidem, quos antiqui etiam habebant, ut Matthiolus videtur latis bene demonstrare. Lege etiam Brodæum *a*. Mellis proprietates, & vires ad verbum divinum aptari commodè possunt paullo accuratius, quam Hilar. & Ambrol. faciunt hoc loco, ut ipsi quoque antigimus. Coalescit ex cœlesti rore virtutis divinæ; tuetur spiritualem valetudinem; ebrietatem retundit; servat etiam cadavera incorrupta, vitam prorogat, quam Hilar. & Ambrol. faciunt hoc loco, ut ipsi quoque antigimus. Coalescit ex cœlesti rore virtutis divinæ; tuetur spiritualem valetudinem; ebrietatem retundit; servat etiam cadavera incorrupta, vitam prorogat, ut de Cyrnis, & Corsica prodidum est, deque Pollione, Romulo, & Democrito *b*. Unde adagium, (Intus mullo, foris oleo.) Celebres quoque ab eloquentia, & sapientia non solum melle dulciorem fudisse orationem dicuntur; sed in aliquorum puerorum ore, aut pectore apes mellificasse, vel confedisse, vel mel conjecisse; ut Platonis, & Pindari, itemque Origenis, ac Ambr. Lege quæ collegit de melle symbolica, & moralia Aldrovandus, *c* Rhodiginus, *d* & Pierius *e*.

k *in de past.* Orsiensis *monast.*
l *lib. de Sacram.*
m *l.* 8. *c.* 10.
n *Ps.* 118. 20.
o *Ps.* 118. 103.
p *Ps.* 18. 11.
q *Ps.* 18. 11.
r *Ps.* 118. 103.
s *Ps.* 118. 103.
t *Ps.* 18. 11.
u *Ovid. 5. trist. eleg.* 5.
x *Plin. nat. hist. l.* 16. *c.* 36.
y *in Periplo.*
z *in l.* 2. *c.* 77.
a *Mysol. cap.* 22.
b *Rhodig. l.* 28. *c.* 27. & *alii.*
c *in Isoth. pag.* 132. & *seq.*
d *l.* 28. *c.* 27. *in Hierogl.*
e *Pierius.*

Vers. 104.) A mandatis tuis intellexi, propterea odivi omnem viam iniquitatis.

Sensus loci.

PLusquã mellea ex lege capitur voluptas, propter bene sibi conscium, quod ea custodiat animum, sive cõscientiam bonam. Etenim qui legi studet, evadet eruditus, prudens, sapiens, & ab omni peccato absticet, quantum valet: imme odium adversus illud magnum, atq; execrationem concipit. Consideratio præceptorum divinorum parit notitiam distantiæ inter virtutes, ac vitia; & qui *cognoscens sapientiam servat mandata ejus ipsa præbet Deus* f, ut notant hoc loco Patres, ac rursum August. alibi g, & contra Faustum *h*. *Sapientiam Deus eumdem docet, atque intelligere facit ablactatos à latte, avulsosq; ab uberibus* i, videlicet illos, qui spernunt voluptates carnis, vivunt animatè spiritualiter secundùm divina præcepta. Redduntur quotidie omnia verba legis à quibusdam senioribus Judæorum, ait Ambr. & nemo eorum potest custodire mandatum, quum *oderint disciplinam, projiciantq; sermones* divinos *post se* k, carnaliter dumtaxat accipiendo; quod æquè, ac potiore quodam jure ad malos quosdam Christianos transferri potest. Non enim nos intelligentes vere faciunt præcepta, ut Hil. nisi re, atq; opere expleta, ideòque ea, quæ his continentur, in quantum possumus exerceamus. Negat Deus audivisse, & cognovisse, & *apertam ei aurem* fuisse illius, qui *prævaricator, & transgressor est* l. Videl. quoniam auditis, & cognitis non respondet, neq; censetur à mandatis intelligere; ex eorumve factus cognitione practica prudẽtior; quia non melior, nec iniquitatis osor. Non à meditatione legis intelligentiam, inquit,

nullum esse sensum: *Dei eloquia in faucibus dulcia esse*, in A tres aliqui vetustiores, ut Ambrol. *o*, isque quem vocant animam scil. defluentia & interna penetrantia, & illic dulcia ubi cognitionis, & prudentiæ, & intelligentiæ sensus est. Hoc imitatus is qui dicitur Hier. & Cassiod. qui præterea docent omnem gustum sapere in palato, fauces autem gutturis viam esse, ubi jam deglutita dulcedo nulla sentitur; notat mirabiliter hic ubi de divinis eloquiis agitur, illam faucium partem positam, ut cito ad cordis penetralia pervenire intelligeretur: nec in palato sapere sed quando suerint deglutita, dulcescere. Conveniunt Philosophi, Medicique orghanum gustus linguam esse, sive nervos linguę. Medici videntur assignare interiorem partem, tadiceique; quod ibi nervi sint insigniores, & copiosior saliva, Philosophi hoc deferunt primori parti, cum Arist. *a*; videl. aut perfectiori, aut à principio usq; ad ejusdem mediam partem sed ita ut esculenta percipiantur in priore parte, poculenta in posteriore *b*. Suffragatur experientia, & ratio, nam si forte nimis ad interiora cibum conjecerimus, revocamus ad anteriora ut regustemus, ac melius gustemus: medicamenta vero quantum possumus ad interiora conjicimus, ut citius deglutiamus, & minus ab amaritudine afficiamur. Deinde linguæ nervorum q; ipsius in parte prima mollities major est salivaque subtilior, quæ ad exquisitum gustum plus conferunt, sicut ad tactum caro mollior *c* magis apta *c*. Postremo sic animali quoq; utilius fuit, ut nimirum quam primum dijudicare de cibis, & noxia respueret, admitteret salubria, lege Dindanum nostrum *d*. Arbitror hoc loco *fauces* accipi, ut guttur comprehendunt, palatumq; Proptiè significant, *fauces* gulæ partem propiorem mento, ubi os angustatur: guttur partem colli anteriorem, viamq; qua spiritus à pulmone ad os transmittitur, quod fit in nobis per aiperam arteriam: cui quæ gula dicitur, similis, ut est fistula colli interior constans carne nervoque, per quam cibus ac potus defluit in ventriculum: postremum palatum quasi oris cœlum, quod labiis ac dentibus tamquam palis munitur. Hinc fit, ut ob propinquitatem & conjunctionem perceptio saporis seu gustus nunc uni, nunc alteri ex his partibus attribuatur, immo ut etiam חך *cheeh*, quod ante monui, omnibus fere istis modis verratur, quum de gustu quoq; sermo est, per *fauces* e & *guttur* f. Apud Job legimus g *nonne auris verba dijudicat & fauces comedentis saporem*? item h, *auris enim verba probat, & guttur escas gustu dijudicat*. Utrobiq; est *cheeh* & λαρυγξ. Proposito nostro convenit quod bonus Job interpres Pin. i noster monet, non referre nunc scire tam exactè de orghano gustus, satis esse, quod communi loquendi ac sentiendi modo dicamur alquid sapere faucibus & gutture; maxime quum ista quoque pars tactu saltem cibi potusq; plurimum delectetur. Inde est, quod ut scripsit Arist. *k*, & Athen. *l*, optaverit Philoxenus Erixius seu Erixidis filius intemperatissimus homo, longius guttur sive collum sibi quam gruis, & alter item Philoxenus sed Cytherius *m* teste Machone comico apud eumdem Athenæum, tricubitalem optavit habere gulam, quæ ipsi prodit etiam desiderio voluptatis Melanthium captum avis cujuspiam longam cervicem dari postulavisse, ut diutissime in voluptatis sensu moraretur. Citharœi votum hoc narratur.

ῥοδοστομος αυθ' ὡς λεγεται ὁ Κυθηρίος
εὐξατο τερσιον αυτῳ λαιμον ειναι πολυν
ὁπως κατεπλιθ, ὁτι τακιστον χρονον
ᾠδην ἀμειψει τε βραχιστ' ἡδονὴν πολυ.
Philoxenus ut fama est aliquando Cytherius
Tricubitalem optavit habere gulam,
Quod ajebat longissimo tempore ut deglutiam,
Et omnium cibariorum diuturna voluptate perfruar.

Igitur *dulcia faucibus eloquia* intel ligimus, dicta similitudine à gustu ipsorum. Nec est opus vel cum illis quos prius nominavi, recurrere ad interiores spirituales sensus: vel cum Chrysost. Theodoreto, Basilio, *fauces* hic accipere ut instrumenta vocis; & exponere de dulcedine percepta ex prolatione divinorum eloquiorum; quæ dulcedo eam vincat quam os ex gustu rerum dulcium sentit, vel cum Remigio, distinguere à *faucibus* os, quasi innuatur tunc Prædicatores dulcia sentire divina verba in faucibus, quum ex ipsis propriæ ædificationi student: tunc in ore quum eorum dulcedinem aliis etiam eructant, & communicant. Idem est in faucibus, & in ore sentire. Pudeat divinis non affici suavioribus magis deliciis, nec mundas æmulari, quæ ruminant animantes, demissæque ad regustandum revomeant sursum escam.

Super mel ori meo.) Alia Latina Psalteria, & Latini Patres aliqui vetustiores, ut Ambrol. *o*, isque quem vocant Hieron. Prolper, Cassiodorus; Beda; præterea Orsiensis *p* monachus, & Petrus Damianus *q*, *super mel favum*. Augustinus monet plures codices tantum habere *mel favum*. Si vero legamus, per hunc designari vult, & cum ipso alii, doctrinam sapientiæ de abstrusioribus sacramentis tamquam de cellis cereis, ore differentis velut mandenis expressam per *mel* magis apertam doctrinam *favum* cum *melle* Procopius *r* distincte ponit μελι δε κηριον. Apollin. compositum ex utroque vocabulum quod significat meleum favum, nempe μελικηδα. Quia nihil *dulcius melle*, *s* ex hoc ducuntur plures dicendi formulæ ad rerum diversarum significandam, exaggerandamque dulcedinem, suavitatem, jucunditatem, gustum. Usurpant quoque profani Scriptores hyperbolem parœmiacam, ut melle dulcius dicant quod est dulcissimum,

— *ô dulcior illo* t

Melle quod in ceris Attica ponit apis

Unde Plautus *u melle dulci dulcior mihi tues*, hoc est, inquit, *mel melle dulci dulcius*, & amicum suavem cognominat mel suum, molliculum suum. Quod vocant saccharum. Plinius *x* ex cannis, arundinibus, calamisve expressum pro molle habitum est, & ab Arriano *y* appellatum μελικαλαμινον vulgo jam, *canne melle*. Describit id Varro Narbonensis, quem citat Dalecampius in Plinium, & Matthiolus in Dioscoridem *z*, diligenter hac de re differens.

Indica non magna nimis arbore crescit arundo,
Illius è lenis premitur radicibus humor,
Dulcia cui succo nequeant contendere mella.

Sed quod est nunc adeo usitatum, licèt dulcedine præstans, qualitate ab illo vetere diversum videtur, nec latis antiquis compertum; saltem eo, quo nunc modo per artem conficitur ex calamis illidem, quos antiqui etiam habebant, ut Matthiolus videtur latis bene demonstrare. Lege etiam Brodæum *a*. Mellis proprietates, & vires ad verbum divinum aptari commodè possunt paullo accuratius, quam Hilar. & Ambrol. faciunt hoc loco, ut ipsi quoque antigimus. Coalescit ex cœlesti rore virtutis divinæ; tuetur spiritualem valetudinem; ebrietatem retundit; servat etiam cadavera incorrupta, vitam prorogat, ut de Cyrnis, & Corsica prodidum est, deque Pollione, Romulo, & Democrito *b*. Unde adagium, (Intus mullo, foris oleo.) Celebres quoque ab eloquentia, & sapientia non solum melle dulciorem fudisse orationem dicuntur; sed in aliquorum puerorum ore, aut pectore apes mellificasse, vel confedisse, vel mel conjecisse; ut Platonis, & Pindari, itemque Origenis, ac Ambr. Lege quæ collegit de melle symbolica, & moralia Aldrovandus, *c* Rhodiginus, *d* & Pierius *e*.

Senſus loci.

f *Eccl.* 24. 33. *c.* 51. 26. *in Jo. & ep.* 96. *in Exod.*
g *l.* 22. *c.* 31.
h *l.* 22. *c.* 82.
i *Esa.* 28. 9.
k *ps.* 49. 17.
l *Esa.* 48. 8.
m *Ps.* 118. 20.
n *Ps.* 118. 103.
o *Ps.* 18. 11.
p *Ps.* 18. 11.
q *Ps.* 118. 103.
r *Ps.* 118. 103.
s *Ps.* 18. 11.
t *Ovid. 5. trist. eleg.* 5.
u *Afinus Aff. 3. scen. 3. Saccharum. l.* 11. *c.* 9. *y in Periplo.*
z *in l.* 2. *c.* 77.
a *Mysol. cap.* 22.
b *Rhodig. l.* 28. *c.* 27. & *alii.*
c *in Isoth. pag.* 132. & *seq.*
d *l.* 28. *c.* 27. *in Hierogl.*
e *Pierius.*

Cassianus *a*, sed de fructu operis acquirentes, cum psal-
mographo canunt, *A mandatis tuis intellexi*; & exocstis
prophonibus universis, fiducialiter dicunt *b*, *Psallam*, & *intelligam in via immaculata*. Ille enim psallens intelligit quæ canuntur, quia in via immaculata gressu puri cordis innitur, &c. *Si intraverit sapientia cor tuum*, ait Sapiens *c*, & *scientia anima tua placuerit*, *consilium custodiet te*, & *prudentia servabit te*, *ut eruaris à via malâ*, & *ab homine*, *qui perversa loquitur*; *qui relinquuntur iter rectum*, & *ambulant per vias tenebrosas*. Bernardus *d* item explanat verba ista, *à mandatis tuis intellexi*, ut scias, inquit, nisi obedientiæ mandatorum contemplationis gustum penitus non deberi. Quomodo in his nostris litteris non potest quis, inquit Hier. & ad legenda verba, texendaq; procedere, nisi prius ab elementis cœperit: ita in Scripturis divinis, non valemus ea, quæ majora sunt, nosse, nisi ab ethica in ipsis habuerimus exordium. Tum prolata præsenti sententia, sensum dicit esse, ut David significet post opera cœpisse habere scientiam secretorum. Apon. *e* nisi quis à *mandatis Dei intelligat*, negat intelligere posse quid odio haberi debeat, quid perfecta diligi charitate, & cui personæ quomodo, vel qualę officium charitatis impendi. Jungenda scientiæ actio, præsertim Principi tùm Ecclesiastico, tùm politico. Hujus rei typus erat assignatum Sacerdoti ex victima cum pectore brachium dexterum *f*: copulatum in ejusdem vestimento superhumeralem rationalig. Hoc ultimum perpendens Hieron. *h*, & quod prius erat superhumerale, utrumque: præsentem locum, prius ait, Faciamus, & sic doceamus, ne doctrinæ auctoritas cassis operibus destruatur. Eodem pertinere vult aliam illam Oleæ *i* sententiam, *Seminate vobis in justitia*, *& metite fructum vitæ illuminate vobis lumen scientiæ*. Notat præterea k verbis istis significari, postquam mandata quis compleverit, tunc scire se mereri intelligentiâ Scripturarũ. Profert exemplum Christi, qui *cepit facere*, *& docere* l: erubescere enim quãvis præclaram doctrinam, quã propria reprehendit conscientia: frustraque ejus linguam prædicare paupertatem, & docere eleemosynã qui Crœsi divitiis tumet, viliq; operibus pallio pugnat contra tineas vestium sericarum. Tandem Christus dixit, *Si quis voluntatẽ Dei voluerit facere*, *cogniturum de doctrina*, *utrũ ex illo sit* m. Hic est, *intellectus bonus facientibus eum* n: & *timor Domini ipse est sapientia*, *& recedere à malo intelligentia* o.

a Cassian. collat. 14. c. 9.
b Psal. 106. 1.
c Prov. 8. v. 10.
d Serm. 45. in Cant.
e l. 3. in Cant.
f Levit. 8. 21.
g cap. 28. & Exod. 28.
h ep. 128. ad Fabiolam.
i c. 10. secundum LXX.
k ep. 15.
l Act. 1. 1.
m Jud. 7. 17.
n Psal. 110. 10.
o Job 28. 28.

A mandatis tuis intellexi.) Hieron. *præcepta tua considerabam*. Apud Trevet. *mandata*: legit, videlicet illo מִפִּקֻדֶיךָ *mipkudecha*, ut nomen integrum formatum ex littera מ *mem*, cum affixo, & non ut in quo dicta littera sit מִ præpositione, cum nomine פִּקּוּד *pikkud*, hoc modo מִפִּקּוּדֶיךָ *mipikkudeka*. Quo pacto sensus clarior est quam dicendo, *à mandatis tuis intellexi*. Tamen fic etiam legendo exponimus *intelligere à mandatis*, esse ex iis intellectis sapere, atque prudentiam sibi comparare; vel illa exequendo, melius magisque practicè, & ad usum, ac praxim, & prudentiam accommodatè percipere.

Propterea odivi omnem viam iniquitatis.) Hieronymus *omnem semitam mendacii*. Apud Trevetum, *viam*, atque etiam *semitam*. Exponit autem de idololatria: quia omnis cultus illius in mendacio consistit, dum Deus dicitur, qui non est, & quod fingit se facere quod non potest. Cui *dulcia sunt eloquia*, & mandata divina, non possunt non esse odio, quæcumque illi adversantur, hoc est, omnis via iniqua, omnes iniquus, *omnis operans iniquitatem* quem *odit Deus* p. Genebrard. circa verbum, *odivi*, notat quod magis exprimat præteriti significationem quam *odi*: & hoc probat Ciceronis & Charisii testimonio adversus eos qui carpunt interpretem latinum, ut inelegantem, & videlicet vellent dici, *odio habui* vel *odivi*, aut quid simile quo præteritum odium exprimeretur. In ps. 25. *q* extat idem verbum *odivi*; Additur in Romano Psalt. *quia tu legem posuisti mihi*.

p Psal. 5. 7.
q v. 5.

NUN.

Vers. 105.) Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.

Sensus loci.

QUia iniquitatis via, quam se odio habuisse dixit, dum vacaret meditationi, ac exercitio mandatorum divinorum, atq; sic prudentior, & cautior fieret, adeo multiplex est, ut ab omni prorsus declinare, quamvis maxime velit, per difficile sit propterea fiduciæ suæ momentum declarat ipsimet Deo esse in lucerna, seu luce ac splendore verbi ipsius præeuntis, ac prœmonstrantis in ista nocte tenebrisq; pericula cunctã, ne pedes impingant aut perambages, anfractus, præcipitia viarum errent. Lucernæ munus ad dispellendas noctis tenebras magis videtur pertinere, luminis ad ambulandum de die. Quod mysticum sensum referri potest ad res adversas, & prosperas ad præcepta, & consilia, ad legem veterem quæ præcessit Solem novæ, ad ipsam novam, ad Judæorum sub modo lucernam, & ad Gentilium fidelium super candelabrum, ad exemplorum propositionem, & ad præcepta vivendi quæ per illa comprobantur, & illustrantur; ad inæquale in diversis gratiæ lumen, sicut est quoque gloriæ ad exiguum, & subobscurę lumen vię, & ad clarius patrię ad lumen pedibus Prædicatoribus necessarium, & ad singulas ejusdem vel aliorum privatorum actiones eodem dirigendas, ad Christi diviniatem vel ut in lanterna inclusam seu in testea Gedeonica lagena *r*, vel in candela, sive tæda, face, cereo; & ad eamdem secundùm se, atq; ut à patre luminum procedentem. Colliguntur hæc fere omnia ex Ambr. Possent tamen synonymè sumi duo membra versus, ut Aug. placet: tunc vero non incommodè juxta sensum allegoricum, diceretur verbum divinum, lex q; scripta lucerna pedibus, & lumen semitis Davidi, & ceteris in testamento vetere, quia velut iter monstrabat ad Christũ. Quo pacto quidam accipiunt dixisse alibi Davidem *s* se *paratũ lucernam Christo*, ideſt, prophetiam, carmenq; propheticum suum. De æterno verbo *lucernæ* nomen negat Aug. convenire, quia lucerna participationem lucis limitatam dicit; & eo nomine Joannes appellatus *t* est, negatuiq; *u* lux; & Apostolos, qui semel vocati sunt *lux* *x*, nomine quoq; *lucerna super candelabrum* positæ vocavit *y* Christus. Nihilominus concedit idem Aug. in eo sensu, quem dixi Christum lucernam nominatum in Apoc. *z* inquantum homo est ac mediator. Præterea sumit verbum pro revelato (respectu, cujus cognitio ex creaturis habet se in ista nocte tamquam debile stellarum lumen) scripto prolato, quia & Petrus *a* propheticum sermonem contulit cum *lucerna lucente in caliginoso loco*. Hilar. & Ambros. docent eumdem Christum quibusdam lucernam esse, nonnullis lucem; pro diversis gradibus, & meritis: exempli caussa lumen Angelis, Petro, Paulo, Apostolis aliis, & insignioribus sanctis; lucernam sanctis minoribus, in quorum se numero modestè collocat Amb. oleum lucernæ dicens esse humilitatem, qua cervicis nostræ dura mollescunt, & misericordiam, qua colliſa scopulis peccatorum foventur corpora: præterea devotionem, quæ omnia accensum fidei, prudentiæ, conscientiæ, intentionis, scripturæ lumen conservat intra lucernam corporis? & plures alias quas jubemur *ardentes in manibus* habere *b*. Origenes *c* observat *lucernam* deputari *pedibus*, hoc est, inferioribus corporis partibus, & nobis hic degentibus, ubi sunt veluti totius creaturæ pedes: *lumen semitis*, quæ alibi vocantur æternæ, per quas in futuro sæculo unusquisq; pro meritis incedit: lucernam nostram tamdiu accendi, quamdiu bonorum illam operum oleũ foverit extingui, si charitas extinguatur. Cyril. Alexan. aut Orig. *d* notat, quod ante adventum Christi Sol oriebatur populo Israel, sed lucernę lumine utebatur: nempe sermone legis ac Prophetarũ, quæ lucerna intra angustos conclusa parietes, non poterat in orbem terræ lumen infundere. Unde intelligimus merito Christum, qui se *lucernam* appellavit *mundi* *e*, eodem nomine dignatum Apostolos *f* suos. Hinc vero etiam auctor libri de singularitate Clericorum apud Cyprian. colligit, necessarium esse lumen divinum, & divinitus imspiratam cognitionem, ad cognoscendum Deum & illius implendum voluntatem. Phil. Carp. *g* colligere videtur necessitatem revelationis Evangelicæ per Christum factæ, quæ lux lumenve dicatur præter obscuriorem illam lucernam legis veteris. Epiph. *h* hic putat designari Christum per *lucernam* ac lumen in candelabro positum uteri virginalis. Idem rursum Ambr. *i* *lucernæ* nomen applicat Christo, interpretans nomen *Hermenium* k, *viam lucernæ*. Lucerna, inquit, ista illuminavit animas universorum, & in tenebris viam mostravit Evangelium via lucernæ. Attingit præterea *l* *lucernæ* notionem pro fide, non includenda sub medio synagogæ, sed exponenda super candelabrum Ecclesiæ *m*. Eodem spectat quod idem, vel Ambr. Ansbertus *n* *mullerem amictam Sole* Ecclesiam exponit, quæ *Christum indutam* o; *Lunam sub pedibus* sacram scripturam, quæ dicatur hic lucerna, sine

Sensus mysticus.

a Ecclus. 32. 7. Rom. 10. 15. Testimonia quibus Hæretici scripturas perspicuas esse prolatore conantur.
b Psal. 8. 9.
c Prov. 6. 23.
d Baruc. 4. 2.
e vers. 130.
f Jud. 7. 16.
Notatio litteræ Nun.
s Psal. 131. 17.
t Joa. 5. 35.
u c. 1. 8.
x Matt. 5. 14.
y ib. v. 15.
z c. 21. 23.
a 2. Petr. 1. 19.
b Luc. 12. 35.
c hom. 13. in Cant.
d hom. 23 in Levit.
e Isa. 8. 12.
f Matt. 5. 14.
g in Cant.
h ser. de laud. virgin. Maria.
i in ps. 43.
k ps. 42. 7.
l in Luc. 15.
m Luc. 11. 33.
n in Apoc. 12.
o Gal. 3. 27.

cujus lumine in nocte hujus sæculi per vias rectitudinis incedere non valeamus, qua *pedes* illuminatorum *speciosi* redduntur *a*. Aburuntur in contrariam partem hoc loco hæretici, ut probent scripturas perspicuas ac petras adeo esse, ut absque explanatione sufficiant ad fidei terminandas controversias. Afferunt similia isti testimonia; *præceptum* b *Domini lucidum illuminans oculos*; & *mandatum* c *lucernæ est*, & *lex lux*. Addi potest *apprehende* d *legem*, *& ambula per viam ad splendorem ejus contra lumen ejus*, ideſt, è regione præcedens consectando. Istis locis non agitur per se de scripturis, sed de præceptis, quæ ubi fuerint intellecta quod etiam difficile non est, dirigunt nos in operando. De scripturis dici idem potest, quoniam quum fuerint intellectæ, quod haud ita facile obtinetur, illustrant mentes nostras. Declarationi sermonum paullo post *e* id tribuitur, ut illuminet, & intellectum det parvulis. Quid tot commentariis præstant hæretici, si tam planæ sunt scripturæ?

Num.) Ambros. & plures post eum ajunt significari hac littera *unicum*, vel *pascua eorum*; quod accommodant ad Christum unicum Patris filium, & in quo sunt pascua fidelium, quos ipse pascit & reficit divinis Sacramentis, scripturis, exemplis bonis, his ipsis versiculis. Hieron. affirmat hac littera *sempiternum* significari. Ciconia putat fulceptionem filiorum, & seminis propagationem denotari, juxta illud *f*, *ante solem permanet nomen ejus*, יִנּוֹן *innon filiabitur* ut ibi dixi: & ex יִנּוֹן *in*, quod *filium* valet Hispanos traxisse nomen *ninno* pro *filio*. Constat etiam *lucernam* in scriptura sumi pro filiorum propagatione ac posteritate: tribui autem quoque regenerationem spiritualem verbo. Interpretatur Zamorensis *filiationem*, vel *progeniem*: Isaac *prolem*: Tyrobotcus *filium*: Caninius *piscem*. Alii à solo sono nomen inditum volunt. Primarum duarum notionum reddere rationem non possumus: tertia, quarta, seu etiam quinta, & sexta conveniunt: quatenus perpetuitas per propagationem fit: & in Hebræo Themate נִין *nin* fundamentum habent. Ultima fortassis verosimior: quia eadem littera in aliis linguis eodem fere modo nominatur.

Lucerna pedibus meis. Hieron. *pedi meo*, quod significat לְרַגְלִי *lergali*. Chaldaicè, *sicut lucerna illucens pedi meo*. Si legas לְרַגְלַי *lraglai*, erit quod habet editio nostra *pedibus meis*, collective *pes* pro *pedibus* accipitur; quamvis in uno pede quidam observent quam fit arcta & angusta virtutis via, in qua sit pedentim, & quasi uno post alterum pede incedendum. De mystica pedum, lucernæque acceptione dictum satis tum in isto, tum in aliis nonnullis præcedentibus Ps. Exponunt omnes beneficio hujus lucernæ laqueos evadi, & foveas, & offendicula diaboli in istis vitæ prælentis tenebris, & variis periculis. Bruno Carthusianus refert, in Hebraica translatione haberi nomen *candelæ* vulteque *lucernam* non hic accipi ut aliquin soleat, pro vase lucis, sed pro parva luce. Translationem illam non reperi: *lucernam* pro parvo quolibet lumine, quamvis intra vas non incluso sumi, concedi potest, ut quando dicitur de propagatione, quemadmodum & nomen *scintillæ*. Tamen plures enarratores in sensibus mysticis quos attigimus, vas luciferum attendunt: & præter citatos Hugo * etiam de tancto Victore. Nec displicet *pedes* quoque sumi pro prædicandi munere, propter quod *pulchri* cognominantur: debent namque ductum sequi verbi divini, non ipsum post se trahere. Enumerans Nazianzenus *h* lumina varia, Deum, Angelum, hominem, & alia, in iis ponit quoque mandatum divinum, præsertim homini primo datum, atque postea legem scriptam.

Verbum tuum.) Pro *verbo*, *legem* habent Græci passim *νόμον* & Apollinarius *Δόγμον*. Psalt. quoque Æthiopicum, & Illyricum. Ex Græcis aliis præter enarratores Origenes *i*, & Philo Carpathius k. Sed & ex Latinis Hieron. *l*, ac Oreliesis *m*, Lindanus testatur in antiquissimis Vaticanis codicibus repertum nomen λόγος quod *verbum* significat. Id quoque legi in sermone Epiphanii de laudibus Deiparæ *n* secundùm translationem latinam, quia Græcè legere non licuit. Favent autem editioni nostræ non tantum antiquiores Latini Hilarius, & Ambrosius, ut alioqui soliti Græca translatione, & qui putatur Cyprianus auctor libri de singularitate clericorum, Sed textus Hebræus habet דְּבָרְךָ *devarekа*, quod *verbum* forsitan quispiam intelligens esse *legem*, hanc pro illo posuit, ut Glossa: hæc vero postea immigravit in textum. Augustinus aliquibus codicibus habet plurali ter: *verba tua*, in quo etiam numero extat in textu Rabi Salomon, & Kimhi, scilicet דְּבָרֶיךָ

a Isa. 52. 7. Rom. 10. 15. Ephes. 6. 15.
b Orat. 40.
* annotat in Psal. 79.
g Isa. 52. 7. Rom. 10. 15. Ephes. 6. 15.
h hom. 13. in Levit.
i in Agg. 2. 1.
k in Cant.
l in Psal. 43.
m de ingitu monacho.
n tom. 2. bib. Patrum.

Adversus.) Addunt autem, *Domine*, Hilarius, Ambros. Prosper, is qui dicitur Hieron. Psalterium Romanum.

Et lumen semitis meis.) Hieron. *semitæ meæ*. Vult August. esse repetitionem præcedentis membri, ut idem sit *lumen*, & *lucerna*, *semita* & *pedes*: tamen aliquod ab aliis discrimen statui antea docui. Bruno, inter alios, exponit *verbum*, quod est Filius Dei sive Christus, per internam illuminationem esse *lucernam pedibus* affectionum primarum, quibus excitantur ad legem diligendam, & observandam; & *lumen semitis*, per auxilium quoque gratiæ, ut in ea consistamus dilectione & obtervatione. Docet præterea ratione variis effectus eumdem Christum nunc *lucernam*, ideſt, minus lumen, nunc appellari absolutè *lumen*, nempe majus; *semitas* licet intelligere, quia calles angustiores sunt, proprias & singulares cujusque actiones, quas lumine cœlesti oportet illustrari, quoniam qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat: qui vero in lumine ambulat non offendit. *Vero Israelitæ*, *ac sine dolo*, agentio *o* præit semper *ignis lucida columna* *p* in omni negotio: & ab Angelo lucis custoditur, *ne forte offendat ad lapidem pedem suum*. Lucernam gerit extinctam, sicut fatua virgo *q*, litteræ spiritum negligens: lumen, dumtaxat, zelum non secundum scientiam habens, in lucerna lumen, qui cum littera spiritum callet, & discretè scientia utitur. Non solum pedes ac semitas lucerna lumenve divinum illuminat; sed faciem quoque, ut quondam Moysis *r*, ideſt, mentem, manus item, corpusque universum actionum omnium. *Lux cum Deo est*, ut dixit Daniel *s*, quia quum *sit* ipsissima *lux* *t* significare voluit Propheta, ubi per gratiam manet, necessariæ cognitioni deesse non posse, ut notat Richardus S. Victoris *u*.

o Jean. 1. 47.
p Exod. 13. 21. 22. cap. 14. 13 24.
q Matt. 25. 8.
r Exod. 34. 29 30. 33. 2. Corin. 3. 7. 13. Leap. 1. 22.
s 1. Joa. 1. 5. ubi eruditorum. 14.

Vers. 106.) Juravi, & statui custodire judicia justitiæ tuæ.

Sensus loci.

LUcerna & lumine verbi divini illustratus, ac directus in via hac caliginis, atque tenebrarum, audet expeditum sibi, tecumque iter polliceri; & firmiter, atque constanter apud se proponit, ac decernit, & veluti juramento confirmat, per ostensa judicia justitiæ Dei, sive per præcepta judicio summo & maxima justitia tradita, dum simul proponunt præmia, & supplicia, semper incedere, oculos ab his numquam removere, in omni actione attendere ad illa contra sensum voluptatis, & cupiditatis legem in mala pertrahentem, vinculis se quibuldam obligare, & catenis jurisjurandi, quo sanctum propositum confirmetur, & constabiliatur, adstringere: postremo pro eam infigni munere lucernæ ac luminis divini, profitetur devinctum se arctissima obligatione testandæ pietatis: sentit simul eruditum se à Deo, & *confortata ab eodem brachia sua* x. Sponte susceptum hoc juramentum index est propensæ, ac devotæ voluntatis erga legem divinam, qua quis imposita sibi necessitate, servare omnino velit. Nec vetat quidquam pro minus *juramentum* propriè sumamus, non solum decreti firmitatem, quæ tanta fit ut pro juratione habeatur, quamvis ita fere declarent hunc locum tractatores. Græci videntur penitus negare usum juramenti, hocque loco, præcipue Chrysostomus à tota divina Scriptura rejici scribit tum vetere, tùm nova. Severiorem esse istam sententiam, nec abloluté veram, docui non semel in hoc ipso opere, & in aliis *y*, ut pluribus nunc eam refellere superfluum judicem. Quum proprietas retineri præsentis sententiæ possit, confirmo potius honestum, atque religiosum esse posse juramentum: quin etiam laudabilis esse ad ipsammet legis, per se alioquin obligantis obtervationem, devincere sepsum obligatione juramenti, non solum ad alia, quæ appellantur consilii, & supererogationis bona, qualia vota hominum Deo dicatorum paupertatis, castitatis, obedientiæ, &c. Inter Hæreticos, qui nefas esse docuerunt jurare, Tolosani extiterunt sub Alexandro Papa III. Anno Christi 1178. qui tamen imperitiam, quod negabant fecerunt, affirmantes se in veritate quæ Deus est, ita credere, & docere, quod ea effet fides ipsorum, nempe circa varias errores. Nam Paulus scribens *z*: *hæc vobis dicimus in verbo Dei*, *& testis à est mihi Deus*: cenietur juraſſe. Lege Baronium *b* de istis hæreticis, & de hæresis constitutione Sixtum Senensem *c*: Peccata jurando enumerat Hugo Cardinalis, versibus istis comprehensa, quos etiam declarat.

Tolosani Hæretici.

Stulta (juratio) *dolosa*, *placens*, *mendax*, *temeraria frustra*
Detestans, *iterata*, *procax*, *super idola*, *membra*.

x Osea 7. 15.
y Eccl. 9. 2.
z Thess. 4. 15. 2 Rom. 9. 1. b tom. 12. Peccata quæ jurando committuntur.
c 6. Bibl. ann. not. 26.

Plu-